



~~AM. 13.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-51. ———
SIGNAT. MDCCCXIII.



10.
9

I. N. J.
EXEGESIS CAPITIS IX.
AUREÆ EPISTOLÆ AD ROMANOS
QVOD TEMERE INTER TA ΔΥΣΝΟΗΤΑ
HABITUM

DOCTRINAM
APOSTOLICAM DE JUSTI-
FICATIONE PER FIDEM IN
CHRISTUM EX IPSA JUDÆORUM REJE-
CTIONE GENTIUMQVE SALVATIO-
NE ADSERTIT

PROMISSIONUM GRATIÆ VERITATEM,
ET IN IISDEM DIVINÆ TUM JUSTITIÆ, TUM MISERI-
CORDIÆ ÆQVITATEM VINDICANS.

ACORRUPTELIS SIMUL GROTIANIS LIBERATUM
P R Æ S I D E

VIRO Summè Reverendo, Magnifico, Amplissimo atq; Excellentissimo

DN. ABRAHAMO CALOVIO

S. S. Theol. D. consummatissimo, ejusdemq; P. P. primario fa-
migeratissimo, Ecclesiæ Wittebergensis Pastore, Circuli Electoralis Sax.
Superintendente Generali vigilantissimo, atq; Consistorii Eccle-
siastici Assessore gravissimo,

DNO, Patrono atq; studiorum suorum Promotore atatem colendissimo,

R E S P O N D E N T E

m. JOHANNES SAROSSY Hungaro.

IN ELECTORALI QVÆ WITTEBERGÆ EST PUBLICÆ DISPU-
TATIONI EXHIBITA

In Auditorio Majori, ad d. habenda.

Typis MICHAELIS MEYERI.

*Generosa, Nobilissima, omniumq; virtutum ge-
nere ornatisima Fœmina,*

DOMINÆ

SUSANNÆ SZEGEDIANÆ,

Generosi ac Nobilissimi piæ recordationis Do-
mini MICHAELIS VASS, Judicis olim Liberæ, Regiæque
Cittis Casoviensis gravissimi, nec non Comitatus Abba-Uyva-
riensis Assessoris primarii dignissimi, relicta Viduæ, Stu-
diorum Academicorum Nutrici, æviterno obser-
vantia cultu devenerandæ,

Uc &

Generoso, Nobilissimo atq; Strenuissimo Viro,

DOMINO

STEPHANO BAKAY,

Inclyti Comitatus Abba-Uyvariensis Assessori
meritissimo, Patrono & Promotori suo perpetuâ
subjectione colendisimo,

*hoc quæcunq; Academicorum profectuum testimonium
dat, dicat humilimè*

RESPONDENS.

LInqve jam densissimas immemoris animi
caligines, quibus, quominus in apertissimo affectus
Nutricis Academica, Mæcenatisque Tui Sole apricari pos-
ses prohibebaris: Rumpenodos, tam diuturnæ taciturnitatis an-
silentii, quibus usq; dum innexa atq; irretita fueras: Prorum-
pe tandem, ex obscuris mentis oblivioni hætenus quasi dica-
ta umbris, in quibus alto quodã veluti somno jacuisti sopita *Pie-
tas*, debitumque quod reddere pudore an diffidentiã hætenus
remorabaris, jam tandem *nutrici studiorum tuorum Patronoq;* exol-
vere non dubita. Fuit olim, cum Princeps Eloquentiæ ligatæ
Virgilius, Equiti Romano (Mæcenatem velim intelligatis) Vi-
ro Clarissimo, & in aula Augusti Cæsaris potentissimo tanquam
unico fere literarum Patrono & amatori Georgica sua inscribe-
ret: Fuit, cum Horatius, ejusdem Eloquentiæ, si non superiori
propè tamen pari culturâ nobilis Carminum suorum libros ei-
dem consecratum iret; quidni & mea in *Te, Vir Generose*, nun-
quam moritura *Pietas*, adeoque filialis observantia, *Tibi lite-
rarum* non amatori modo, nec *Patrono* earundem, verecundâ
fronte dicam incomparabiliter meritissimo, sed & præ aliis in o-
mni pene literatura quam versatissimo hæc Academicarum
frugum primitias, *Tua Liberalitati* omnem debentes successum
devotissimo pectore nuncuparet. *Tu* es etenim *is* qui non con-
tentus domi Scholarum, tanquam virtutis omnigenæ semina-
riorum alumnis benefacere, Scholarchas paratissimè promove-
re, quin imo ipsos etiam gementis Ecclesiæ DEI gloriosi Vigiles
perquam industrios, liberalitatis fontibus, ex munificentissimo
Tuo sinu largissimè de promptis perfundere atq; irrigare, in me
quoq; nihil tale merentem, ex eodem sinu, favoris præclari &
liberalitatis egregiæ, à me nunquam non, eâ quâ par est pietate
de prædicandæ rivulos, quorum operâ, consensu altiore Aca-
demica-

demicarum Musarum Parnasso , dulcissima , messem uberrimam promittentia studiorum sata debitâ sedulitate rigarem , sanctissimâ mente derivasti , quin & apud *Generosam Genitricem Tuam, Patronam, Promotricem ac nutricem studiorum meorum* parili pietate atq; filiali devotione perpetim colendam , ut numum DEO Opt. Max. piissimè devotum in meos collocaret profectus , aliis Clarissimis Viris , non ægrè hoc apud *Te* obtinentibus *Autor* extitisti. Æquum ergo judicavi , ut , cum à *Te* *Tuaq; generosi Sanguinis Genitrice* , foemina virtute pietatis in DEum , liberalitatis in proximum ornatissima , tam insigni condecoratus sim beneficio , quin & posthac decorandum me certissimè confidam , foenoris loco Academicum hoc specimen (unde , si nihil aliud , gratæ tamen certè mentis , vobis , vestraq; inclytæ familiæ ad aras usq; obligatæ promptitudinem de facili colligere possitis) *Nomini Vestro* irem consecratum Sanctissimè. Accipite itaq; hoc quaecunq; gratitudinis Symbolum , observantiæ perpetuæ teseram , non æstimandam , tam ex sui dignitate , quàm ex affectu & obsequiosa sinceritate , offerentis. Vos porro , pro *Vestra* ut soletis *Pietate* pergite in liberalitatis tramite quem ingressi estis , *Academicaq; mea* , vobis addictissimi studia , ad nominis Divini gloriam & honorem jam feliciter coepta nutu *Vestro* & ulteriore favore promovere desistite in minimè , habebitis me ut insignis *Vestra* munificentiae testem & perpetuum praecorem , ita pro *Vestra* , familiæq; *Vestra* inclytæ incolumitate , incremento flore , salute , pace apud DEum autorem salutis , principem pacis & fontem omnis bonitatis , precatorem , deprecatorem , apprecatorem , *Vestriq; Nominis* cultorem assiduum ac indefessum.

M. JOHANNEM SAAROSSY,
Alumnum & Clientem Vobis Semper
Subiectissimum.



N. 7.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA
AD EPISTOLAM AD
ROMANOS.

CAPUT IX.

MEMBRUM II. SPECIALE.

*Quo doctrinam Apostolicam de justificatione
per fidem in Christum elucere ex ipsa Judaeorum ple-
rorumq; rejectione, gentiumq; salvatione,
docetur.*

DISPUTATIO
PUBLICA
RESP. JO.
HANNE
SAAROS.
SY, HUN-
GARO. Anno 167

Postquam in genere de justificatione per
fidem in Christum ejusq; consequentibus, ut puta
studio sanctitatis, & certitudine salutis, circa qua Apostolus
justitiam fidei adversus calumnias adversariorum & scrupu-
los tentationum asseruit, actum est: jam in specie de Judaeorum
plerorumq; rejectione ita disserit Apostolus, ut suam doctrinam
viadictet: Quum enim arguerent Judaei, ex Paulina doctrina sequi,
populum Judaicum secundum maximam partem a DEO rejectam, & a sa-
lutaris spe exclusam, utpote quae legi justitiam sectabatur, justitiam
verò ab Apostolo traditam minimè suscipiebat. Si autem po-
pulus Judaicus maximam partem & propemodum totus rejectus
sit, periclitari divinam promissionem: Apostolus in eo est, ut non
aliam salutis viam jam patere gentibus, quam quae olim proposita
fuit

Ratio Metho-
di tractatio-
nis Apostolicae.

A



ANNOTATA ANTI-GROTIANA

fuit *Judeis*, quæ verò nunc ab his posthabeatur, ostendat, Verbumq; DEI minime irritum fieri doceat, sed veritate promissionum gratiæ potiùs confirmari, cum illi ex *Judeis* rejiciantur, qui non ex fide, sed ex lege justitiam quæruunt, gentes autem justitiam fidei amplectentes salutem consequuntur. Vindicat autem imprimis DEI tum *Misericordiam*, tum *Justitiam* circa *Judeorum* rejectionem, gentiumq; *salvationem* cap. IX. quæ ad causam efficientem principalem justificationis pertinet, Deinde verò adterit etiam circa eandem *justitiam Christi* seu causam meritoriam & formalem c. X. Deniq; causam *organicam* fidem gratiam DEI & justitiam Christi apprehendentem.

SUBSECTIO I.

*Promissionum gratiæ veritatem, & in iisdem
divine tum justitiæ, tum misericordiæ æqui-
tatem vindicans.*

CAPUT IX.

ARGUMENTUM ET PARTITIO.

*Argumentum
Capitis.*

TESTATUR Apostolus primum dolorem summum ob *Judeorum* plerorumq; rejectionem, utpote fratrum secundum carnem, & multis axiomatibus à DEO datorum, tum verò asserit promissionum gratiæ veritatem, etsi illi rejecti sunt, quandoquidem illarum fructio non eos; qui justitiam legis sectantur, sed qui fide promissiones acceptant, quæ non tam *Israëlitæ* amplius erant, quam gentes, attineat: quod typis è domo *Abrahæ* & *Isaac* illustrat, ut qui filii promissionis sint, constet: inde æquitatem propositi de justificandis & salvandis hominibus non ex operibus, sed per fidem in Christum, non tam è jure DEI liberrimo, quam è temperamento justitiæ & misericordiæ divinæ saluberrimo ex oraculis divinis adversus *Judeos* demonstrat: quæ in ipsâ etiam extremâ induratione effulgeat, ubi magna DEI patientia in vasis ignominia, divitiæ verò gratiæ in vasis gloriæ elucescunt, & tum adoptio-

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

adoptio gentium rñm sospitatio reliquiarum Jtraëlis merè gratuita est, gentesq; non nisi ex gratiâ justitiam fidei assequuntur, quàm Judæi justitiam legis sectantes in Christum ceu lapidem offensionis impingunt, justitiam haudquaquam consequuntur.

Partes quatuor sunt I. Παρητιαν tristitiam & dolorem Apostoli de Jtraëitarum fratrum anathemate testans usq; ad v. 6. II. Διδακτικὴν veritatem promissionum gratia, quibus solùm fiunt filii promissionis per fidem typis illustrans, usq; ad v. 13. III. Ἀπολογικὴν æquitate propositi DEI fidelibus misericordiam exhibentis, infideles reprobans, & indurantis vindicans, ostendens in his divitias gratiæ, in illis verò magnam DEI patientiam usq; ad v. 25. IV. Βεβαιωτικὴν scripturis ulterius confirmans DEI gratiam in adoptione gentium & justificatione per fidem in Christum: quæ etiam sanctum semen ex Jtraëlitis servat, cæteris frustra justitiam legis sectantibus.

PARS I. CAPITIS IX.

Παρητιαν Tristitiam & dolorem Apostoli de reprobatis Judæis declarans.

v. 1. Ἀλήθειαν λέγω ἐν χερσίν.

Cum dixisset & magnis argumentis evicisset Apostolus neminem Deo ita placere ut ei summum bonum dare velit nisi qui Spiritu Dei donatus sit, hunc autem Spiritum non dare Deum nisi justificatis, id est, corde mundatis, quod hoc quidem tempore nemini contingere potest, nisi per fidem in Jesum Christum, quod manifestum erat ex ipsis conspicuis Spiritus donis quæ non contingebant nisi in Jesum credentibus; videbat facilè collecturos Judæos quod hinc sequebatur, nempe populum Judaicum consideratum ὅτι τὸ πολὺ non ultra esse populum DEI, sed populum DEI esse Ecclesiam Christianam constantem maxima sui parte non ex Judæis, sed ex alienigenis qui

ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

idololatra fuissent. Quorum utrumq; vehementer pugnat cum iis opinionibus quas Judæi ex Magistris suis hauserant Posteris Abrahami, Isaaci & Jacobi semper præcipuo apud DEum loco fuere, & quamvis multa delinquerent, DEum ista condonaturum, tum ob majorum virtutes, tum ob professionem veræ Religionis. His responsurus, parat ostendere DEum nunquam ita se adstrinxisse posteris Patriarcharum, ut non libertatem sibi retineret puniendi contumaces, & aliis quamvis fontibus ignoscendi ac benefaciendi, idq; figuris etiam quibusdam antiquis ac præterea exemplis dictisque significatum. Quidquid DEum facere appareat, quale hoc est de donis Spiritus collatis in Ecclesiam, ablatis verò à multitudine Judæorum, id pro recto habendum, magnaq; esse temeritatis contra id disputare. Beneficiorum suorum & miserationis rationes DEum debere nemini. His præfationibus cum audaciam contudisset, ostendit deinde non potuisse à DEo ullam iniri viam quæ aut ipsi esset gloriosior, aut humano generi utilior. Est autem tota tractatio quæ in tria quæ nunc sequentur capita divisa est, obscurior, non modò ob causas toti huic epistolæ communes, de quibus in Prolegomenis ad hanc epistolam egimus, verum etiam quia miris modis æquum se præbens Judæis & gentibus, amaris dulcia, dulcibus amara miscet, & ab his ad illa, ab illis ad hæc inobservatos facit transitus, ac sæpè amat plus innuere, quàm dicere. Ac primùm, quia sæpè male tractatus à Judæis, contra in summo honore habitus apud Christianos è gentibus vocatus, credi poterat, aut infensus illis, aut in hos propensior, suspicionem hanc longè à se amolitur, & quidem jurejurando adhibito per
 Chri.

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

Christum, quod non minoris haberi debet in novo federe, quam juramenta in veteri federe per Deum facta, quia Deus omnem jam potestatem Ecclesiae regendae ac tuendae Christo tradidit. Veritatem dico in Christo, id est, per Christum. Similis locutio Dan. XII. 7. ὁμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τὴν αἰῶνα Jer. V. 7. ἄμνησον ἐν τοῖς ἡμέραις σου. Et μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ Eph. V. 17. DEum simul & Christum testes advocat Paulus I. Tim. V. 21.

ὁ ψεύδομαι.

Non loquor in gratiam ut aetalogi solent.

συμμεαρτυρέσθαι μοι τῆς σήμερον ἡμετέρας.

συμμεαρτυρέσθαι idem est quod μαρτυρέσθαι, ut diximus II. 1 § VIII. 16. Dicit vulgò solet: Conscientia mille testes.

ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

Non illa gentium conscientia, quae ipsas modò accusat, modò excusat, sed conscientia quae est in Spiritu Sancto, id est, per Spiritum Sanctum regitur.

γ. 2. ὅτι λύπη μοι ἔστι μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῆ καρδία μου.

Hæc posteriora sunt ex Ps. XIII. 2. וְגִן בְּלִבִּי יוֹסֵף
Dicit summè sibi dolere quod Judæorum maximi & plurimi erant extra statum veræ justitiæ & divini Spiritus ac salutis æternæ.

Prorsus alienam hic, & S. literis adversam affingit mentem Apostolo. 1. Non id egit Apostolus, quod vita æterna non concedatur nisi Spiritu DEI donatus, hi autem non sint, nisi corde mundati, id est, sanctificati sint: sed primùm de justificatione sita in peccatorum remissione, quæ per fidem in Christum obtinetur, tum de consequenti ejusdem sanctificatione, & sanctitatis studio, ac deniq; de certitudine salutis justificarum egit: neuiquam verò vel justificationem in cordis purgatione & sanctificatione constituit, vel Spiritum S. post ejusmodi mundationem cordis dari docuit sive Apostolus noster,

Depravatio
mentis Apo-
stoli.

A 3

sive-

ANNOTATA ANTI GROTIANA

2. sive quisquam alius Doctor Θεόλογος. Deinde hoc solum tempore per fidem in Christum justificationem contingere, Scripturae repugnat: quae non nisi unicum justificationis & salutis viam & rationem novit, quae est per fidem in Christum III. 16. c. XIV. 6. Act. IV. 12. c. X. 43. Rom. III. IV. V. quam etiamnum in Judaeorum rejectione & gentium adoptione apparere his ipsis capp. ex instituto docet Apostolus nimirum h. l. c. X. & XI. Tertio de conspicuis Spiritus S. donis nullam in superiori tractatione mentionem fecit Apostolus: ne dum ex eorundem donatione colligendum reliquit, Judaicum populum *ὅτι τὸ πολὺ* non ultra esse DEI populum: sed potius Judaeorum reprobationem non sine dolore innuens, eandem neque pugnare cum veritate promissionum, & confirmare ulterius hanc de gratuita per fidem in Christum justificatione docuit, tum quia causam supremam, justitiam divinam Misericordiam temperatam, imprimis c. IX. tum quia causam meritoriam & formalem Christi justitiam in Evangelio propositam, cap. X. tum quia causam organicam fidem, cui imputatur Christi justitia: ob cujus defectum Judaei increduli reprobantur c. XI. ut & divitiae misericordiae, & abyssi judiciorum DEI imperscrutabiles celebrantur, Deoque uni sit gloria: *sub finem cap. XI.* Quarto non ergo libertatem DEI in puniendis contumacibus, & aliis quamvis fontibus ignoscendi ac benefaciendi asserit, sed veritatem promissionum divinarum iratuetur, circa reprobationem Judaeorum & vocationem gentium Apostolus, ut justitiam DEI unam cum misericordia effulgere ex eadem, nulla enus vero periclitari demonstrat. Quinto, de donis Spiritus collatis in Ecclesia, ablati vero a multitudine Judaeorum hic nihil compareret, Misericordia vero & justitia divina circa vocationem & justificationem cum Judaeorum, tum gentium vindicatur, ut justificatio gratuita per fidem in Christum statuminetur. Quod est proprium & principale tractationis Apostolicae *Dialecticae* thema. Sexto quamquam temeritatis magna, Apostolo Autore, sit disputare contra aeternam gratiae, & justitiae divinae, non tamen absoluto jure suo uti DEum docet, sed ita agere, ut undique non minus misericordia ejus effulgeat, quam justitia. Septimo non mirum est obscuris arguere totam hanc

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

tractationem cap. IX. X. XI. Hæc enim, quæ in ipso limine & scopulo Apostolicæ disputationis aberrat, quæ est stabilire undiquaque gratuitam per fidem in Christum justificationem etiam in eo, quod Judæi à salute excludantur, quodq; gentes ad salutem à DEO perducantur. Nec verò septimò Apostolus, sive quod male à Judæis sæpius tractatus, sive quod apud Christianos è gentibus vocatus summo in honore habitus suspicionem seu odii in illis seu amoris nimii in hos amittitur, sed Judæis è piâ *ὀμνυσα θεῶν* tristitiam, quod *ἀνάθεμα* facti sint, testatur, ut eò magis nonnullos lucrifaciat; de gentibus verò in locum Judæorum justo DEI judicio adsertis, in horum imprimis gratiam è *Scripturis Vet. Test.* omnia deducens dicit, ut eos *Zelare faciat in non populo & ad fidem in Christum perducatur*, quo unicâ illâ salutis viâ cognitâ eam inire non negligant: quæ excisi per incredulitatē vicissim inseri possint, præmonens etiam gentes, ne ob gratiam exhibitam superbiant, ne & ipsæ excendantur. *Jurejurando autem testatur doloris & tristitiæ affectum*, (utpote in re longè gravissimâ, & penitus incredibili) quod vel ipse velit *ἀνάθεμα* fieri *ὑπὸ τοῦ Θεοῦ* pro fratribus secundum carnem, ut viscera eorum commoveat, quo & fidem inveniat, & cognito tanto Amoris affectu in Apostolo Christi, ad fidem in Christum, convicti sacrarum literarum luculentis testimoniis inducantur. In Christi autem nomine, cuius Apostolum se profiteretur, juramentum deponit, utpote cui teo DEO *super omnia benedicto in secula* hunc honorem verè divinum deberi, ut in nomine ejus jurandum sit, testatur: neutiquam verò hic discrimen illud admittendum, quod in *Vet. Test.* juramenta per DEUM facta sint, non per Filium DEI; in Novo autem per Filium Dei: Hic enim idem est cum Patre DEUS Job. X. 30. & honorandus est, sicut honoratur Pater Job. V. 23. & in ipsius nomine omnis eorum lingua jurare, eiq; omnium genua flecti debeat, tanquam nisi verò DEO, extra quem non est alius, quotquot unquam fœre, sunt, aut erunt, quicumq; nempe aliquandò in die pantocritico coram ejus tribunali comparituri sunt *Es. XLV. 22. 23. Rom. XII. 11.*

7.

Juramentum
Apostoli.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

**Esacramento
Filii Dei &
S.S. divina
natura pro-
batur.**

XII. 11. Phil. II. 10. Neq; concessio omnis potestatis Ecclesiae re-
gendae acruenda causa & ratio est cultus religiosi, juramenti in
nomine Christi praestandi, sed vera & suprema Deitas vel natura
divina, quum non nisi verò & supremo DEO hic cultus & honor
debeatur. Exod. XXII 11. Deut. VI 13. c. X. 20. Jos. XXIII. 7. Es. XIX. 13.
c. LXV. 16. Jer. IV. 2. c. V. 2. 7. c. XII. 16. Conf. Gen. XI. 23. c. XXIV. 12. Jos. II. 12.
1. Sam. XXIV. 22. Ps. LXIII. 12. D. n. XII. 7. Zeph. I. 5. Zach. V. 4. Ebr. VI. 16. Ap.
X. 6. Nec verò aliâ ratione vis & potestas in Ecclesiam & in o-
mnia, quae sunt in caelo & in terrâ in tempore concessa est Christo
secundum humanam naturam, vel cultus religiosus ei deferri de-
bet, quàm quia humana natura assumpta est in ipsam hypostasim Fi-
lii Dei, vi cuius *πρωτογενήσεως* & hypostaseos Filii DEI & majesta-
tis, ac gloriae ejus infini & verè ipsa humana natura Christi par-
ticeps facta est: quod qui negant, in castra Nestorii transeunt.
Ideoq; ex hoc testimonio Apostolico, cum & ad Christum provo-
cat & ad Spiritum S. ceu testem καρδιογνώστην & vindicem perjurii,
utrorumq; & Filii & Spiritus S. eandem cum Patre Deitatem anti-
qui Doctores Ecclesiae adversus Arianos, & Pneumatoma hos de-
monstrare soliti sunt. Dolorem autem summum testaturus A-
postolus non tantum λύπην vel tristitiam, sed λύπην μεγάλην, nec
eam solùm, sed ὀδύνην, quâ voce dolores parturientium, & infer-
nales exquisitiissimi exprimi solent, eandemq; ἀδύνατον, nul-
lam intermissione, nullum siuem habentem vel jugem & per-
petuam, idq; in CORDE suo, in tima animi penetrantia & cordis
viscera, ipsis adaperiens, manifestat. Addit autem hoc quia ma-
xime incredibile id foret, nisi in Christo, attestante sibi conscien-
tia in Spiritu S. id testaretur Apostolus, h. e. jurejurando, in nomine
SS. Trinitatis deposito, confirmaret.

ψ. 3. ηυχόμεν γδ αὐτὸς ἐγώ.

Est imperfectum pro optativo quod frequens Grae-
cis, sive addito, sive non addito ἀν, ut Act. XXV. 22.
Ἐμφασιν habet αὐτὸς ἐγώ. Ego ipse qui hac malè ominata de
illis cogor dicere.

ἀνδρα-

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

ἀνάθεμα εἶναι.

Ανάθεμα pro ἀνάθεμα ἡθεῖς quomodo 1. Cor. XII. 3. XV. 1. 21. Gal. I. 8. 9. ex Hebræo קִרְיָה aut קִרְיָה quod hic habet Syrus. Sic קִרְיָה deportatio pro deportatis ponitur.

ἀπὸ ἔχεις.

Id est, ab Ecclesia Christi quæ Christus vocatur 1. Cor. XII. 12. Gal. III. 27. Sicut mos erat apud Hebræos uxores vocari de mariti nomine, Esai. IV. 1. Hoc dicit, velim non modò carere honore Apostolatus, verum etiam contemptissimus esse inter Christianos, quales sunt qui excommunicati sunt. In Ignatii epistola ad Romanos legimus: *κόλασις τῆς ἀβύσσου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθω, μόνον ἵνα Ἰησοῦς χριστὸς ὀπιπύχω.*

Ὡς ἐρρωθῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου καὶ σαρκαῖ.

Id est, si ea ratione illos ad justitiam veram & ad æternam salutem possem perducere. Ad eὐ illis malè non volo, quippe sanguinis vinculo mihi conjunctis.

Nimis diluta hæc est *voti Apostolici* explicatio: & temerè à vocis *χριστὸς* proprietate deflectitur, quod per eam non Christus, sed *Ecclesia Christi* designetur, quo pacto etiam locus Gal. III. 27. pervertitur, quem tamen rectiùs in *annotatis ad eundem* interpretatus Grotius est, de *ipsomet Christo*; neq; ἀνάθεμα à Christo, vel etiam ab *Ecclesia Christi* fieri est contemptissimum esse inter Christianos; aliud ipsa illa loca parallela 1. Cor. XII. 3. c. XVI. 31. Gal. I. 8. 9. evincunt: quia exclusio à DEO & beatitudine æternâ, quæ est in fruitione DEI designatur inter pp. optimorum & veterum, & recentiorum calculo; unde operosè disputant, quo pacto hoc TANTUM malum vovere, & præ Judæis sibi optare potuerit Apostolus, de salute suâ certissimus, eandemq; summis, ut par est, votis experens, & anhelans. Sed facilius erit istius difficultatis ὀπίλυσις, si ob-

De voto Apostolico.

B

serva-



ANNOTATA ANTI GROTIANA

servatum fuerit, quod in *Optativo*, hæc accipienda, OPTAREM, non in *Indicativo* OPTO: quodq; proinde *hypotheticè* prolata sunt, & *hyperbolicè*, sub hypothesis sc. *impossibili*: quandoquidem Apò-
 stolus longè certissimus de salute æternâ, ita se optaturum, *si possibi-*
le foret, ideò testetur, quia per Sp. S. certus erat, impossibile
 hoc esse, ad exaggerandam uberrantem amoris sui. Tantooperè
 nempe amat suos fratres, eorumq; desiderat salutem, ut vel salu-
 ris suæ dispendio redimere eam, *si posset*, cuperet, ut unus ipse pro
 ràm innumerabili catervâ ἀνάθεμα fieret: quod verò non ceti
 prodigus, aut negligens salutis suæ dicit, sed ex πλεονοχίας a-
 bundantiâ, quod infallibitè certus esset, sibi eandem repositam
 esse, in cælis, seq; ab eadem excludi nullatenus posse; Verba er-
 gò sunt non dubitantis de salute, non eandem posthabentis aliorum
 saluti, sed πλεονοχίας fidei maximæ, & affectus Amoris humani,
 qualis & quantumcumq; in ψιλὸν ἀνθρώπων cadere potest: q. d.
 velle vel salutis meæ jacturâ vestram salutem redimere, *si possem*; certis-
 simus autem id ἐκ τῶν ἀδυνατίων esse, tùm separari me nullatenus
 posse à dilectione DEI, quæ est in Christo Jesu, tùm etiam ana-
 themate meo à Christo vos redimi minimè posse: Christus enim
 solus anathema à DEO factus pro omnibus 2. Cor. V. 21. Interim
 vel hæc ramentum rei impossibilis attestatio sinceritatem Amoris
 mei manifestare volui: quemadmodum & Moses eadem animi
 πλεονοχίας de nomine suo è libro vitæ indelebilis apud DEUM i-
 psummet amoris & intercessionis suæ maximæ seriæ sinceritatem
 testatus est, aut remitte populo, aut dele me de libro quem scri-
 psisti Exod. XXXII. 32. certus omninò atq; securus, maximè se
 deleri inde non posse; Conferri, potest certâ ratione oratio Christi.
 Matt. XXVI. 39. Pater, *si POSSIBILE*, transeat à me calix iste: quæ non
 erat dubitantis, an possibile hoc sit, quod decreto divino posito notat
 prorsus ἀδυνατίων, nec averfantis ad eò calicem, quem promptè
 & ἀντιξυσίως nostri loco epotare receperat, sed testantis immen-
 sam acerbiteriam poculi furoris & iræ divinæ, quæ exardescit ad-
 versus peccata totius mundi, *hypotheticè* ita loquens, & *hypothesein*
impossibilem assumens, ut quàm plenus amore & horribili furore
 sit calix ille, manifestaret. Sic ergò de carentiâ beatitudinis æter-

Ex. XXXII. 32.

Matt. XXVI.
39.

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

ne hæc intelligunt pleriq; non quod efficaciter id voluerint Paulus & Moses, quod sciebant impossibile esse, sed solum hypotheticè, si quomodo citrà ullam culpam illud posset medium esse ad veniam populo obrinendam, quodq; illa non propriè ut sonant, sed figuratè intelligenda sunt, ad amorem testandum. Qualia verò desideria, licet inefficacia sint ad agendum, maximi tamen momenti & efficacia sunt, tum ad amorem declarandam, tum etiam gratiam impetrandam. Solent enim amici similibus precibus vim quodammodò amicis facere, & quod volunt, extorquere ut si Filius Patri charissimus culpam fratris immorigeri à Parente hoc modò deprecaretur, *ve fratri ignosce, vel occide me, aut hereditate tuâ me priva*, scire enim Parentem quidvis potiùs, quàm illud posterius facturum. Novi quod Hieronymus ad Algas. quæst. IX. non abnuente Photio, & è recentioribus Pererio, Andr. Riveto ad Ex. XXXIII. 32, de interitu temporali hæc accipiat: *Vult Apostolus, inquit Hieronymus, perire in carne, ut alii salventur in Spiritu, suum sanguinem fundere, ut multorum anima conserventur.* Sic ergò & Moses anathema fieri voluit, ne populus à Domino deleatur propter peccatum: sed & hoc non ignorabant à justitiâ DEI alienum esse, vi cuius, *anima, quæ peccavit, ipsa mori debet* Ez. XII. 20. Deut. XXIV. 16. *nec avá Jera d'pò x'p'is*, ac deleri è libro quem scripsit DEUS, solum interitum corporalem infert: idè eâ potiùs ut diximus, ratione hæc intelligenda esse censemus. Atq; ita Chrysoft. l. 1. de compunct. cord. Ita totam ejus mentem devinxit amor Christi, ut etiam hoc, quod ei præ cæteris omnibus amabilius erat, esse cum Christo, rursus id ipsum, si ita placeret Christo, contemneret, sed & cælo um regno quod videbatur laborum esse remunerationem, pro Christo nihilominus carere pateretur, & ab ipso etiam Christo anathema effici pro Christo optabile haberet. Unde redè Lippomanus ad locum Ex. XXXIII. 32. Id non ex perturbatione animi, sed ex ardentissima charitatis incendio, & ex occultâ familiaritate, & confidentia ad DEUM dixisse Moysen, sive per hyperbolicæ loquutionis modum, quâ frequenter aliquid per excessum dicitur sine mendacio ad insinuandum affectionis suæ magnitudinem: juxta quem modum etiam Apostolus Rom. IX. optabam ego ipse anathema &c.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Sic enim ambo erant Judæorum saluti affecti, ut si dicere liceret, (quod tamen ipsum fieri erat impossibile) quodammodo de libro vitæ & separari à Domino, quam eos perire desiderarent, licet ipsi certi essent, quod eos DEUS de libro vitæ non deleret. B. Mylius, Exitio suo sempiterno, si ita fas sit, & fieri queat, salutem populi sui se redempturum affirmat: tantum abest, ut non ex animo exitio ejusdem condoleat. Affectus amantium cum exardescit, procedit etiam ad impossibilia. Sic etiam B. Aegid. Hunnius: Neq; verò hic Apostolus quicquam contra dilectionem Christi optat, aut facit, quin potius ex magnitudine dilectionis, quâ pectus ipsius erga Christum ejuq; gloriam ardebat, hoc totum proficiscitur, dum tantoperè eum diligit, ut ipsum à quam plurimis agnosci, recipi & diligi unicè desideret; idq; ut dictum est, suo perpetuo exitio, si fieri posset, redimere cupiat. Qvi sanè insignis admodum planeq; heroicus fuit motus, & ineffabile desiderium salutis sui populi, profectum à Spiritu Sancto.

ψ. 4. οἱ υἱὲς εἰσὶν Ἰσραηλῖται.

Qvi sunt posteritas Jacobi, cui à Deo Israël's nomen datum est.

ὡν ἡ υἰοθεσία.

Vocantur enim Israëlita filii Dei. Deut. XIV. 1. Exod. IV. 22. nempe ob beneficia hujus vitæ, quæ Deus eis indulserat, non ob promissa vitæ æternæ, ut Christiani.

Nu spiam restringitur υἰοθεσία ad beneficia hujus vitæ, nec ea tantum indulsit DEUS Israëlitis, sed credentibus etiam remissionem peccatorum, justitiam & salutem promisit & concessit, quam omnino υἰοθεσία infert, quæ Israëlitarum erat veluti propria, quod ipsis peculiariter verbum suum crediderit Dominus, & in cœ u ipsorum vera fuerit Ecclesia, etsi non ideo omnes Israëlita filii DEI fuerint, sed soli credentes. Ita & hodiè υἰοθεσία Ecclesiæ proprium est ἀξίωμα, non quod omnes, qui in Ecclesia sunt, filii DEI reverà sint; sed quod in Ecclesia per verbum & sacramenta sibi colligat Filios. Qvi autem filii sunt DEI, non tan-

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

tantum bona temporalis, vi promissionum divinarum habent, sed etiam caelestia 1. Tim. IV. 8. si filii utique κληρονόμοι & hæredes sunt Rom. II. 16. Qualis illa filiatio vel υιοθεσία sine hereditate? Opime autem hanc prærogativam Judæorum explicat Brentius, p. 660. in h. l. Hæc fuit magna Isræitarum gloria, quod DEUS adoptaverit gentem ipsorum in filios. Dicit enim de familia Abrahami, Ego ero DEUS illorum, erunt populus meus. Et iterum: Filius meus primogenitus, Isræel. Quid ergo ad hæc dicemus? Num propter hoc DEI beneficium, omnes Isræelite salvi facti sunt? & omnes gentes incircumcisæ perierunt? Nihil minus. Adoptio enim hic sic intelligenda est, quod DEUS elegerit præcipuè Isræelitas, ex quorum Ecclesia colligeret, generali ordinatione, suos filios, quemadmodum & hoc tempore adoptio est gentium, non quod omnes gentes salva fiant, sed quod DEUS colligat generaliter ex gentibus hæredes caelestium suorum bonorum. Interea autem illis temporibus, quibus Christus nondum advenerat, crediderunt in verum Deum, nimirum eum, qui promissit benedictionem gentium, per semen Abrahamæ, consecuti sunt æternam salutem, etiamsi non fuerunt de externo populo Isræel. Sic Ninivite, sic Naëman Syrus, sic illi qui ex concionibus & Decretis Monarcharum Nebucadnezaris & Darii, (apud Danielem cap. 3. & 6.) crediderunt in DEUM Isræelis, salvi facti sunt: id quod non est factum generali ordinatione, sic enim electio pertinebat tantum ad Isræelitas, sed factum est speciali gratia & prærogativa. Cum igitur Judæi, illi fuerint, ad quos adoptio generaliter pertinuerit, stupenda res est, quod sint rejecti à DEO, & mirum non est, quod multi dubitaverint de Christo, cum non reciperetur à Judæis.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

καὶ ἡ δόξα.

Id est, arca quæ 1. Paralip. XVI. 7. 2. Paralip. VI. 41. Psal. LXIII. 3. LXXVIII. 61. Solet autem verti עֲרֹכָב dīnāmus, δόξα, quanquam propriè δόξα est כְּבוֹד majestas Dei apud Arcam relucens 1. Sam. II. 12. dicto Ps. LXIII.

An gloria hic
sit arca?

Gloria non restringenda ad arcam, quæ etsi olim ita vocata, quod ad eam gloria Domini manifestaretur, tamen ad tempora usq; Apostoli conservatam esse Israelitis, non constat. Si verò hæc ἐξοχή, vel prærogativa de temporibus antiquis intelligatur, nomini huic fortè satis conveniet, sed hoc tamen amplius esse, quàm ut ad arcam restringatur, dubium non est. Nam pluribus constabat δόξα & dignitas hujus populi, quàm solâ illâ materiali arcâ, & quid verat, quò minus ad omnia, quæ ad δόξαν ejusdem faciunt, præter illa hic expressè recensita, id extendatur. Unde B. Hunnius magnificentiam miraculorum huc etiam refert, quibus Deus populum istum in orbe coram omnibus gentibus extulit & illustravit.

καὶ αἱ δύο ἑτάρας.

Id est, verba federis scripta in duabus tabulis Exodi XXXIV. 28. Eas Hebræi vocant כְּתוּבֵי בְרִית. Potest hoc nomine comprehendi & circumcisio, & aspersio sanguinis quæ & ipso federis vocabulo appellantur. Gen. XVII. 10. Exod. XXIV. 8.

Nec tabula federis, nec ipsa sanguinis aspersio propriè fœdus erant, & circumcisio medium fuit & Sacramentum fœderis gratiæ: Testamenta ergò ipsa fœdera potius sunt, de quibus Jerem. XXXI. Testamentum nempe vetus, & novum legale, & Evangelicum: quæ, ut propria sunt Ecclesiæ bona, ita & Israelitico populo, cum constituebat Ecclesiam, olim conveniebant.

καὶ ἡ νομοθεσία.

Quæ Hebræis כְּתוּבֵי תוֹרָה omnes illæ constitutiones per Moysen datæ ad vincendam populi societatem.

Axi-

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

Axioma illud in eo consistit quod in hoc populo DEUS dignatus est legem suam solemniter promulgare: quæ dignitas nulli populo accidit, à quâ non raro celebratur populus Domini. Nec Decalogi tantum promulgatio, sed universæ legum Israeliticarum pandectæ comprehenduntur, quibus Reip. Judaica forma constituta & gubernata fuit.

καὶ ἡ λατρεία.

הַכֹּהֵן quo nomine veniunt sacrificia omnia, sed præcipuè agnus Paschalis, ut videre est Exodi XII. 25. ubi in Græcò Φυλάξαθε τὴν λατρείαν ταύτην.

Sacerdotium, imò un verum cultum divinum intelligit, qui vigeat in populo Domini, non verò tantum sacrificiorum oblationem, & agni Paschalis celebrationem.

καὶ αἱ ἐπαγγελίαι.

Id est, εὐλογία, בְּרָכָה, præclara illa, sed terrestria promissa Levit. XXVI. & Deut. XXVIII. quæ ἄθλα vocat Philo.

Iterum recurrit error Pelagio-Sociniani, de meris terrestribus promissis. Atqui promissiones illæ terrestres Lev. XXVI. Deut. XXIX. nec solum populum Israeliticum attinent, sed etiamnum pleræq; implentur in Christianis, legi DEI & pietati operam navantibus, neq; merè terrestria complectuntur: nam promittit DEUS Levit. XXVI. 12. Ego in vobis habitabo, & DEUS vester ero, & vos populus meus eritis. Quorum verò DEUS est DEUS, illis non hoc seculo tantum DEUS est, sed in æternum Matth. XXII. 32. Ap. XXI. 7. Ita promissit DEUS Deut. XXIX. 9. DEUS te eriget in sanctum populum sicut juravit tibi, quod sanè restringi nequit ad merè terrestria: & annon plura alia in Mose, Psalmis & Prophetis extant promissa, quàm illis binis locis? Annon multa passim spiritualia & celestia bona etiam promissa sunt populo Domini in Ver. Testamento? Promissiones autem hic respiciuntur, quæcunq; factæ sunt populo Domini ac fidelibus, (quales in Ver. Test. fuere Israelitæ) in spec. etiam illæ quibus promissus est Messias huic populo, quod

Quænam promissiones hic innuantur?

ANNOTATA ANTI - GROTIANA.

quod ex Israëlitis descendere, inter eos comparere, seq; verbo & miraculis patefacere, illis præ aliis Evangelium prædicare, & in illis opus redemptionis exequi, ac patiendo, moriendo, resurgendo, & ascendendo in cælum vaticinia Prophetica implere, scripturamq; regni è Zione emittere debuerit: Qvalia insignia prorsus, & excellentia promissa huic populo præ omnibus aliis facta novimus.

ὧν οἱ πατέρες.

Quos jure sanguinis contingunt magni illi viri Abraham, Isaac, & Jacob, quorum tam libenter DEUS meminit, Exod. VI. 3. Lev. XXVI. 42. & qui per excellentiam Patres dicuntur Exod. III. 13. 16. IV. 5. XIII. 5. & alibi.

καὶ ἐξ ὧν ὁ χριστὸς τὸ κτ' σάρκα.

Non secundum DEUM quod in ipso, sed secundum τὸ ἀνθρώπινον Vide supra l. 3.

Τὸ κτ' σάρκα opponitur τὸ κτ' πνεῦμα. Illo humana, hoc divina natura notatur: & particula τὸ distinctionem refert, ac aliud quid, secundum quod Christus est DEUS benedictus in secula infert, nimirum divinam Christi naturam, qui idem secundum humanam naturam est ex Patribus. Conf. Joh. I. 14. Rom. I. 3. 1. Tim. III. 16. Ebr. II. 14. 1. Pet. III. 18. Constat ergò hinc unionis personalis divine & humanæ nature veritas

ὁ ὧν ὅτι πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας.

Potest hoc de Christo rectè sic intelligi, quia cum dicitur super omnia, tacitè excipitur Pater I. Cor. XV. 27. Sed ex Syro apparet veteres codices habuisse: ὁ ὧν ὅτι πάντων εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας, quod consvetæ locutioni Pauli melius convenit, qui cum de Patre & Filio loquitur, Patri nomen Dei, Filio nomen Domini tribuere solet. Et sic fuis in vetustis codicibus Cypriani, sic etiam legisse Hilarium, nec aliter videri legisse Chrysostomum, notavit Erasmus. Et satis erat huic quidem loco, dicere hoc privilegium

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

vilegium Judæorum, quod ex illis natus esset Christus, omnibus aliis majus esse, quia Christo laus & honor debetur supra omnes, id est, etiam supra Abrahamum, Isaacum & Jacobum.

ἀμήν.

Sic Amen insertum habuimus, & supra in DEI laudatione I. 25. sic & infra XI. 36. & XVI. 27. Gal. I. 5. Eph. III. 21. Philip. IV. 20. I. Tim. I. 17.

Socinianis vel fictur hæc annotatio, quâ fingitur nomen Θεῶν esse βεμβολιμαῖον vel irreptitium: At tamen, è. *Erasmus* non est quod hic moremur, qui non rarò Arianis κρησφύγετα in Scripturis pirat. Neq; vel *Syrus* (quanquam hic falsò adducatur à Grotio) vel etiam *codex aliquis Latinus* præjudicare *Græcis* codicibus universis, & purioribus *Latinis* aliorumq; Patrum lectioni constanti potest. Pauli autem locutioni magis convenire omissionem nominis DEI futile est: quia Paulum Christum DEum dicere ex *Act. XX. 28. I. Tim. III. 16. Tit. II. 14.* notum est. Id autem vel maxime faciebat ad ἕξοχον populi, quem summis suis dignitatibus extollere volebat Apostolus, quod ex ipsis Christus sit, non tantum Patriarchis omnibus eminentior (uti vim elogii enervat Hugo) sed DEUS ille benedictus in secula super omnia: Neq;, verò illis verbis, si negligatur etiam vox Θεῶν, talis solum eminentia designatur, sed divinæ naturæ dignitas, & majestas exprimitur. Is enim, qui est super omnia benedictus in secula, est verus & essentialis DEUS. *Rom. I. 25. Luc. I. 68. 2. Cor. I. 3. c. XI, 31. Eph. I. 3. I. Pet. I. 3.* Quod cum probè videret Erasmus, non ad Christum, sed ad Patrem hoc elogium, interjecto puncto, per fictitiam quandam exclamationem abripuit, ne Deitati Christi adstruendæ inserviret. Cujus verò depravatio ne ipsi quidem Socino probari potuit, ut annotatum T. III. *Syst. Theol. pag. 46.* ubi pluribus de hoc loco actum, & observatum, non tantum apud alios Patres, sed etiam apud *Cyprianum & Hilarium* in editionibus melioribus (cæteris in mendo cubantibus) ut & penes

Grotius vellificatur. Socinianis.

C

Syriacum

ANNOTATA ANTI GROTIANA

Syriacum Interpretem vocem Θεός reperiri. Quam nec versio *Racov Socin.* Germanica prætermisit. Optimè ergò *Cassianus* libr. III. de Incarnat. Quando *Paulus* dicit, Christum esse DEUM, hic sufficit Christianis; quando verò addit, esse DEUM benedictum supra omnia, omnem blasphemiam perfide assertionis excludit. Conferatur Theol. Apost. Roman. orac. LXVII. Syrus ita habet: Ex quibus apparuit Christus in carne, qui est DEUS, qui est super omnia, cujus sunt laudes & benedictiones in seculum seculorum Amen.

PARS II.

Διδασκική de veritate promissionum gratia Israëlitis factarum.

ψ. 6. ἔχ οἶον ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τῷ Θεῷ.

Quamquam hæc vera sunt, inquit, tamen fieri nequit, ut irritus sit sermo DEI, nempe minæ illæ, quas DEUS in lege Levit. XXVI. 14. Deut. XXVII. 15. XXVIII. 15. Joh. XXIV. 20. & alibi, sæpe adversus contumaces Israëlitas pronunciat. Sic Deut. IV. 30. εὐρήσασί σε πάντες οἱ λόγοι ἔτοι, id est, minæ istæ ἔχ οἶον Rabbini est ἤψων ἢ ἐκπίπτειν ἢ εἶναι irritum fieri I. Sam. III. 19. ἔκ ἔπεσεν δὲ πᾶν τῶν λόγων αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, sic & Josue XXI. 45.

ἐγὼ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ ἔτοι Ἰσραὴλ

Non omnibus ex Jacobo ortis competit causa nominis, propter quam Jacobus à Deo vocatus est Israël. Gen. XXXII. 28. ad quam historiam Josephum vide. Convenit id nomen, ut Tertullianus rectè intellexit, eximie Martyribus, Angelos enim hac parte superant, quod, qui maximus est honos, pro Deo mori eis contingit.

Non de veritate comminationum, sed promissionum divinarum agit Apostolus, dubium expendens, quomodo hæc impleta sit, quum ἀνάθεμα à Christo facti sint Israëlitæ, pro quibus ipse opta-

fer

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

set anathema fieri. His enim datæ illæ promissiones gratiæ. Unde ut scrupulum illum eximat, non omnes Israël esse, qui ex Israël vel Jacobo descendunt, non omnes genuinos esse Israel, & hoc nomen, cum Jacobo, qui id per fidem obtinuit, mereri, docet: adeoq; eos demum *Israëlitas veros* esse, qui cum Israël per fidem vincunt. Gen. XXXII.

ψ. 7. εἰς σπέρμα Ἀβραάμ πάντες τέκνα.

Intellige pleno jure, ita ut hæredes sint supra VIII. 17. Neq; Ismaël neq; ex Cethura filii hæredes Abrahamo, sed Isaac solus Gen. XXV. 5. 6.

ἀλλ' ἐν Ἰσαάκ κληθήσεται σοι σπέρμα.

Gen. XXI. 12. ubi & LXX, ἐν Ἰσαάκ κληθήσεται σοι σπέρμα. Id est, per Isaacum continget tibi stirps nobilissima; Nam *κλειῖον*, significat celebrem esse.

ψ. 8. τέτιν.

Hæc vox est explicantis *ὑπόνοιαν* latentem, quod *ὑπὸ* dicitur Hebræis. Significat in hæc historia non tantum exemplum exstare divinæ libertatis, sed & figuram eorum, quæ nunc geruntur. Itaq;ve alibi Paulus hanc ipsam de Isaac & Ismaële historiam referens, dicit hæc esse *ἀλλήγορημένα* Gal. IV. 24.

εἰ τὰ τέκνα τῆς σαρκός.

Non illi, inquam, utiq; sunt, quos DEus paterno ac singulari affectu fovet. Sic semen DEI Malach. II. 15.

ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζονται εἰς σπέρμα.

Λογίζονται εἰς σπέρμα, id est, à Deo tractantur ut filii sui. Sic ἐλογιάθη δίκαιος apud Clementem in Constitutionibus: id est, ita à DEO tractatus est, ut homines justi tractari solent,

ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

*Quinam filii
promissionis,
qui filii carnis
sint?*

Apostolus omninò id vult, si rem rectè expendamus: uti non omnes, qui semen Abraham fuere, filii ejus erant pleno jure, ut hæredes essent, & ad ipsos promissio illa insignis spectaret, quæ Isaac facta est, utpote quæ huic uni erat propria, juxta oraculum Gen. XXI. 12. *In Isaac vocabitur tibi semen*: ita non omnes, qui κατὰ σάρκα filii sunt, reputantur in semen spirituale, vel Filii DEI sunt; sed τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, liberi promissionis sunt, qui eam per fidem suscipiunt, vel qui promissionis sunt participes, uti filii lucis, qui à DEO illuminati sunt, Luc. XVI. 8. Job. XII. 36. Eph. V. 8. 1. Th. II. V. 5. filii resurrectionis, qui beatæ resurrectionis participes fiunt Luc. XVI. 36. hic fideles dixit Apostolus σπέρμα Ἐβραάμ, καὶ κατ' ἐπαγγελίας κληρονόμοι Gal. III. 29. & Abrahamum Patrem credentium Rom. IV. 11. quia Abraham verbum promissionis fide amplexus est Gen. XIX. 10. Non enim id dubium apud Judæos fuit, non omnes, qui carnaliter ab Abraham descendunt, sine discrimine DEI filios esse, ideoq; id probare opus non erat. Quapropter per τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς filios carnis non intelligit Apostolus carnaliter descendentes ab Abrahamo, sed quòrum filii promissionis sint fideles promissionem fide amplectentes, uti oppositionis filii carnis sunt, qui non ex fide, sed operibus justitiam quærunt: quomodo Rom. IV. 1. 2. τὸ κατ' ἔργα accipitur, id est, ex operibus: & Gal. IV. 22. *Ismael & Isaac typus sunt sceleris servitutis vel operum, & gratiæ vel fidei*: Et paulò post Apostolus scopum tyborum hic adductorum interpretabitur v. 11. 12. ut propositum DEI, secundùm electionem, firmum maneat, non ex operibus, sed ex gratiâ vocantis. Hæ enim voces, ex vocante, ex gratiâ, ex dono, per fidem, secundùm promissionem, explicant se mutuo, ideoq; & oppositio illa filiorum carnis & promissionis, & operum nostrorum ac gratiæ vocantis sese mutuo declarant: ut filii carnis sint, qui per opera legis justitiam & salutem consecretantur, filii autem promissionis, qui fide in Christum justitiam & salutem quærunt. Qued ergò verbum promissionis solos filios promissionis exclusis filiis carnis complectatur, duplici typo illustrat h. l. Apostolus: uno ex domo Abrahami, altero ex Isaaci desumpto, ita ut Isaac, & Jacob sint typi omnium filiorum promissionis, Ismael verò & Esau filiorum carnis.

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

carnis. Ut itaq; Isaac ceteri debuit in semen, Ismael non item, sic, quia Isaac typus est filiorum promissionis, Ismael filiorum carnis, illi, promissionis filii soli debent reputari in semine spiri- tuale, hi filii carnis, non debent reputari. Nec inconcinne sane ille, qui ex ancilla & vi carnali natus erat, typus filiorum carnis constituitur, ille vero, qui ex libera, & vi promissionis, ubi caro jam esset effata, typus fit filiorum promissionis. Huc red tertiam explicatio B. Jacobi Welleri p. 540. Τέτρα τῆς σαρκός, Filii carnis non sunt absolutè reprobati: hoc enim sensu nullibi hac phrasis venit: neq; etiam qui secundum carnem vivunt Rom. II. 1. c. IV. 13. Gal. V. 13. 19. id est, cupiditatibus carnalibus indulgent: nec notatur etiam simpliciter carnalis derivatio sive generatio ex Patribus, quamvis hac prerogativa hic ἄπο τῶν πατέρων haud excludatur, quo respectu su r à Paulus Judæos suos οὐκ ἐστὶν secundum carnem dixit c. IX. 3. sed Filii carnis dicuntur & hic illi, qui ex operibus & lege justitiam sectantur Rom. IV. 1. 2. & Gal. IV. 22. mysticè Ismael secundum carnem natus, fœdus servitutis vel operum, Isaac fœdus gratiæ & fidei designant. Sic Gal. III. 23. 28. & 29. æquipollent filii carnis & Judæi persequentes alios: Filii promissionis, & qui Christo adherent, quiq; persecutionem patiuntur. Exempla verò Isaac & Ismaelis Apostolus h. l. non ὡς γεννητῶν, sed ὡς πνεύματος introducitur, hoc sensu: Quemadmodum Isaac non est natus ex viribus naturalibus Abrahæ & Saræ, sed ex efficacia divine promissionis. Gen. XII. 18. Sic non sunt habendi pro genuinis DEI filiis, qui tantum secundum carnem ex sanctis Patriarchis geniti sunt; aut etiam per opera legis justitiam quaerunt: sed qui sunt filii promissionis, h. e. qui promissionem fide amplectuntur. Sic v. 9. ἐπισημαίνεται ὁ λόγος promissionis sermo est, qui fide receptus est Hebr. XI. 11.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

ψ. 9. ἐπαγγελίας γδ ὁ λόγος ἐστίν.

Quiscribitur Gen. XVIII, 10.

καὶ τὸν καιρὸν ἔτιν ἐλεύσομαι.

In LXX. Angelus Dei nomine sic loquitur: ἐπαναστή-
 θων ἤξω πρὸς σὶ καὶ τὸν καιρὸν ἔτιν εἰς ὧρας, καὶ ἔξει υἱὸν Σαρῶρα ἢ γυ-
 νῆος. Veniam ego, Deus scilicet. Primum quod nascitur
 non naturæ viribus, sed vi divina, ut Isaacus; deinde quod
 intercedente promisso. Gignitur enim per promissa E-
 vangolica. Potest & hoc addi, quod Ismael fero, Isaac mi-
 ti fuit ingenio, quod discrimen Philo observat. Ingenium
 autem mite proprium Christianorum. Matth. XXVII. 27.
 1. Cor. IV. 21. Gal. V. 22. Eph. IV. 2. Coloss. III. 12.

Angelum DEI nomine loqui Gen. XLIX. 10. hand concedendum,
 Filium DEI loquutum illa esse, qui duobus Angelis comitibus sti-
 patus Abrahæ apparuit, ad locum illum & in Commentario in Gene-
 sin, & in Bibliis illustratis ostentum.

ψ. 10. εὐμόιον ἦ

Est hic εὐμειψία, qua figura sæpè utitur Apostolus. Sen-
 sus est: non solum id, quod jam diximus, documentum est
 ejus, quod inferre volumus.

ἀλλὰ καὶ Ρεβέκκα.

Rebecca idem nos docet. Rebecca pro Rebecca
 historia.

ἐξ ἐνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ ἔπατρὸς ἡμῶν.

Quæ genituram habuit ex uno Isaaco Patre nostro,
 nempe duplicem eodem tempore, quod tacitè ex opposi-
 ta voce ἐνὸς subintelligitur. Nam & Philo observat, myste-
 rium aliquod magnum latuisse in illo geminorum tam
 maturè prædicto discrimine. Loci sunt libro de Alle-
 goriis sine libri de Caino & Abele, ac de Nobilitate.

κοίτη

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

κοίτη respondens בבש & בבש primo sensu est cubile: deinde per μετανομίαν adjuncti σημείως sic exprimitur ἡ συνουσία, ut videre est infra XIII. 13. Hebr. XIII. 4. quæ dicitur κοίτη σπέρματ Ⓞ Levit. V. 16. 17. 18. XVIII. 20. XXII. 4. Num. V. 12. Deinde per longius euntem figuram sive μέγαλιν ψιν ipsum σπέρμα, id est, genitura, ut hîc. Habent autem hæc verba ἔμφασιν, ne fortè, quod de Ismaële dixerat, ad matris aut temporis diversitatem aliquis referret.

ψ. 11. μήπω γδ γεννηθέντων, μή η̄ πραξάντων τί ἀγαθόν ἢ κακόν.

Sic & Philo de iisdem in Allegoriis: τὴν Ἰακ'β καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τὸν μὲν ἀρχοντα καὶ ἡγεμόνα, καὶ δεσπότην, τὸν δὲ υἱὸν Ἰσαακ ὑποκόον καὶ δούλον, ἐπεὶ καὶ γαστρὸς οἴτας, φησὶν εἶναι. Incipit evolvere mysterium latens. Prætulit DEus eum, qui posterius nasceretur, eo, qui prius. Infantes nondum nati, nihil boni aut mali agere potuerant. Quid hoc portendit? DEum itidem prælaturum populum credentem, populo non credenti, ut credentes regeneret per Spiritum suum, nulla habita ratione aut operum legalium, quæ Judæi fecerant, aut cultus idololatrici & aliorum criminum, quibus involuti fuerant illi ex gentibus, non magis, quàm si ea nunquam exstiterent. Sæpè enim in sacris literis ponuntur quasi paria, non esse, & non considerari, ut Hebr. VII. 3.

ἵνα ἡ κατ' ἐπιλογὴν Ⓞ θεῶν πρὸς ἡμᾶς μὴ.

Ideò hoc dictum est, ut maneret, id est, ut probaretur hoc argumento (nam id Hebræi dicunt per רצו stare quod Græci multis in locis vertunt μένειν) voluntas DEI (libera scilicet) in iis quæ pertinent ad prælatiōnem, id est, ut

ut

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

ut alterum alteri præferat. Id enim omne ἐκλογῆς dicitur nomine nam כּהר Hebræum, quod plerumq̄ve vertitur ἐκλέγειν, per ψεραρειν vertitur Deut. VII. 6. X. 15. Prov. I. 29.

ἐκ ἐξ ἔργων.

Sic, quod per fidem servamur, Dei est donum, non enim ex operibus Eph. I. 9. Servavit nos Deus & vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra: sed secundum suam voluntatem II. Tim. I. 9. Vide supra III. 24. IV. 6. & ibi dicta & infra XI. 6. Nova creatio, quæ ante acta sunt, non respicit.

ἀλλ' ἐκ τῆς καλῆς.

Vocat DEUS per promissa. Itaq; eodem recidunt

ἐπαγγελίας λόγος καὶ κληῖσις

De Scopo præ-
senti Apostli.

Annuius in plerisq; hisce haud difficulter Grotio. Qui *Jacobum Arminium* in Appendice ad Examen Prædestinationis Pe kinsianæ, & *Remonstrantes* in explicat. dilucid. cap. IX. ad Rom. in Script. Synodal. p. 96. seqq. sequutus est. Quorum sententiam laudavim *sin Theol. Apost. Rom. orac. LXIX.* probationem Apostolicam in hoc posteriori typo Jacobi & Esavi, quorum ille dilectus, hic odio habitus. antequam quicquam vel boni vel mali fecissent, in hunc finem adducto, ut concludatur *propositum DEI secundum electionem firmum esse, non ex operibus, sed ex vocante* h. e. non concernere filios carnis, qui sunt ex operibus, sed filios promissionis, qui sunt ex fide, quâ DEO vocanti pareatur, sic habere: si propositum secundum electionem manet, ex vocante, non autem ex operibus, sequitur, illos, qui ex operibus legis sunt, & per legem justitiam & salutem sectantur, illo proposito non contineri, sed illos tantum, qui DEO vocanti, & promittenti per fidem parent, seu vocationem & promissionem divinam acceptant. At prius verum esse docetur ex typo Esavi & Jacobi, quo utrumq̄ve significatum est, DEI propositum esse secundum electionem, deinde id manere ex
vocate

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

vocante & non operibus; illud quidem, quia unus sit alteri præla-
tus, quod est signum propositi secundum electionem: hoc quia
major Esau sit exosus & subiectus, minor verò Jacob amatus &
prælatus, quod est signum, id propositum non esse ex operibus fir-
mum; sed ex vocante h. e. Deum amare illos, qui fide in Chri-
stum justitiam & salutem quarunt, odisse verò illos, qui eandem
ex operibus legis consecutur. Hæc Arminius, qui, quod ad hunc
typum attinet, etiam observat, illum, qui prior esset natus, gerere figu-
ram filiorum carnis & fœderis veteris seu prioris, vel Judæorum, qui Zelo le-
gis per illam quærebant justitiam & vitam, & qui posterior, filiorum pro-
missionis & fœderis posterioris vel novi, seu illorum, qui per fidem in Chri-
stum justitiam & fidem sectabantur. Similiter mentem suam expo-
nere Remonstrantes, Apostolum non de datione fidei agere, quomodo
& quibus Deus velit dare fidem, sed de datione justitiæ, quomodo
& quos velit justificare & adoptare, atq; hanc thesin defendere
contra Judæorum exceptiones. Deo propositum fuisse inde ab anti-
quis temporibus non eos, qui ex lege justitiam quarunt, sed qui Dei in E-
vangelio revelatis promissionibus credunt, justificare, adoptare, beatere, De-
umq; in eo non esse injustum, jus habere ac potestatem id faciendi liberrimam;
unde non difficile est colligere, controversiam inter Apo-
stolum & incredulos propriè non fuisse de ipsorum rejectione, sed de
doctrina Apostoli, unde illam consequi necesse erat rejectionem, cujus
summa erat, justitiam & adoptionem non esse ex operibus legis, sed ex
fide Christi. Urgent inter alia: Propositum Dei secundum electionem re-
ctius de decreto divino de salute hominum intelligi juxta phrasin Apostoli-
cam, quam de electione in peculium & populum DEI; de proposito autem
dandi fidem, vel gratiam necessariam ad fidem nullatenus explicari posse:
quia sic frustranea forent verba illa non ex operibus. Quis enim dixit,
fidem ex operibus dari, ut hoc negandum fuerit! & concinnè responderet
typorum ratio, si justitiæ operum & fidei, veteris & novi fœderis, repræ-
sentari dicatur. Si autem ad fidei dationem vel negationem respectus
haberi asseratur, commodè explicari non poterit. Quomodo e-
nim minor vocabitur, cui fides datur, major, cui fides negatur, ser-
vire insuper quomodo significabit fidem non habere? At rectè

D

major

ANNOTATA ANTI GROTIANA

major est, populus operariorum, quia prior populo fidelium minor populus fidelium, ut pote posterior. Commodè item *servire* notat libertatem filiorum Dei non habere. Totius etiam capituli analysis optimè sibi constat admissio illo themate & quæstionis statim de justificatione fidei, quæ non ita plana videtur, si *παρωτος* & per se de rejectione Judæorum, vel etiam de collatione fidei aut negatione ejusdem agi dicatur, ut utriusq; ἀναλύσεως collatio docere potest. Status etiam iste, inquit Remonstrantes, scopo Apostolicæ tractationis in hac epistola præstituto quàm maximè congruit, συνέχευται, cum superioribus capitibus egregiè illustrat. Ut enim antea docurrat Apostolus ex professo, quod homo unicè per fidem in Christum liberetur, tum à peccati maledicto, per quod damnationi subjicitur, tum ab ejusdem dominio, per quod peccati servitio mancipatur, quum maledictio non auferatur, nisi per gratiosam justificationem, quæ tantum fit per Christum; liberatio verò à dominio peccati fieri debeat per renovationem, quæ pariter est donum DEI in Christo fluens ex complantatione cum ipso. Unde consequitur, solos Christianos, qui veram habent cum Christo communionem, esse veros DEI filios, & vitæ æternæ hæredes, qui non in lethali & servili metu, quemadmodum sub lege, sed in imperterritâ & filiali παρρησίᾳ Deum Patrem suum invocant, eiq; servire possunt: Ita tuetur jam imprimis salutiferam illam doctrinam adversus Judæos, quantum ad decretum DEI de justificandis & salvandis hominibus, non ex operibus carnis vel legis, sed per fidem in Christum, oraculis & verbis ejus veritatem à vers. 6. ad 13. è jure autem Dei liberrimo ejus æquitatem demonstrans à vers. 14. ad 23. ad finem capituli. Addunt insuper, quod v. 15. de misericordia DEI agatur, quæ peccata remittuntur, ea verò necessariò præsupponunt fidem, adeoq; non de fidei datione, sed de justificatione per fidem translatio instituitur. Ita imprimis explicat disertè scopum suum Apostolus v. 16. quod justitia, filiatio & hæreditas sit non currentis, seu per opera legis eam sectantis sed DEI fidelium & credentium in Christum miserentis. Ideoq; agitur de misericordia DEI in justificandis fidelibus. Similiter cum indurare DEUM dicitur, quem vult v. 17. siquidem non nisi infideles, & qui oblatam gratiam pertinaciter respuunt induret. Es. VI. 9. c. IIX. 12. Rom. IX. 33. c. XI. 7. 1. Pet. II. 8.

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

II. 8. ut vel ex ipso Pharaonis exemplo constat, qui toties vocatus per verbum & miracula gratiam DEI rejiciens induratus est, teste Historiâ Mosaicâ. Unde manifestum, non de absolutâ denegatione fidei, sed de induratione, & reprobatione eorum, qui non credunt, gratiamq; DEI reprobaant, verba illa exaudenda esse. Accedit, quod v. 21. vas ad decus vel dedecus non sit vas ad fidem vel incredulitatem, aut cui DEUS gratiam ad credendum dare, vel non dare velit, sed vas ad decus sit vas ad hereditatem, benedictionem, & gloriam, uti v. 23. de fidelibus explicatur, quemadmodum vasa ad dedecus sunt ipsimet infideles. Quæ Grotius sub finem habet, ita emendanda ex hisce erunt, imò ex illis etiam, quæ præmiserat Grotius ipse: Quod èν ~~ω~~ ~~ε~~ ~~ρ~~ ~~ο~~ ~~ς~~ ~~ε~~ ~~σ~~ ~~τ~~ ~~ι~~ ~~ς~~ est Ismaël & Esav, id èν ~~δ~~ ~~ι~~ ~~κ~~ ~~α~~ ~~ι~~ ~~σ~~ ~~τ~~ ~~ι~~ ~~ς~~ sunt Judæi operum justitiam sectantes. Quod èν ~~ω~~ ~~ε~~ ~~ρ~~ ~~ο~~ ~~ς~~ ~~ε~~ ~~σ~~ ~~τ~~ ~~ι~~ ~~ς~~ Isaac & Jacob, id èν ~~δ~~ ~~ι~~ ~~κ~~ ~~α~~ ~~ι~~ ~~σ~~ ~~τ~~ ~~ι~~ ~~ς~~ credentes justitiam fidei complectentes: qui promissionis filii etiam inde non immeritò dicuntur, quod ex promissis divinis geniti.

PARS III. CAPIT. IX.

Apologetica æquitate propositi DEI de salvandis fidelibus, damnandis in fidelibus vindicans.

ψ. 14. τὶ ἐν ἐρήμῳ.

Quid ergò dicimus? Hac præfatiuncula diximus uti Paulum, ubi calumniosam suæ doctrinæ interpretationem vult amoliri.

μὴ ἀδικία ὡς τὸ θεῶ;

An hoc docemus, quod illi nos docere susurrant, à Deo quædam injustè fieri? Apud Deum esse dicitur id, quod ei adhæret, aut jure ei attribui potest. Hoc ipsum Deut. XXXII. 4. sic eloquuntur Græce: ἐν ἔστω ἀδικία ἐν αὐτῷ.

μὴ γένοιτε.

Et hoc sapè habuimus. Est autem longissimè aver-

ANNOTATA ANTI GROTIANA

santis. Absit, ut hoc dicamus, quod non tantum dicto
Deuteronomii loco, sed & toto libro Jobi, infinitisq; a-
liis locis, ipsi deniq; DEI naturæ planè repugnat.

τῷ γὰρ Μωσῆ λέγει

Nempè postquam circa vitulum omnes peccave-
rant. Exod. XXXIII. 19.

ψ. 15. ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλέω, καὶ ὑπερήσω ὃν ἂν ὑκλίρω.

In Græco *ὑπερω* meliùs, quasi dicat, faciam in eo,
quod mihi visum erit. Solent sic loqui Domini ac reges,
quoties constitutionis suæ causas nolunt reddere, etiamsi
aliquas habeant. Idem Deus summo jure facere potest
in beneficiis suis elargiendis, aut negandis, in peccatis
condonandis & vindicandis, non quod non ipsi rationes
discriminum constent, sed quod nihil necesse sit eas co-
gnitas esse hominibus. Vide, quæ attulimus ad dictum
Exodi locum. Scriptor libri de vita & morte Moïsi verba
illa DEI sic explicat: *Nemini quicquam debeo, gratis do mea.*
Non autem hoc dicit Paulus, quod non hujus disputatio-
nis, de qua egit hætenus, rationes aliquas possit reddere
(nam & reddet aliquas) sed quod priusquam eò veniat, e-
domare velit contradictoris audaciam. Etiam de Princi-
pibus dicunt Politici: Non esse nostrum, æstimare, quem
supra cæteros & quibus de causis extollant: summum illis
datum esse rerum arbitrium, subditis obsequii gloriam re-
lictam: abditos eorum sensus, & siquid excultius parant
exquirere, illicitum, anceps, nec ideò nos posse assequi:
militem tam nescire quædam, quam scire oportere: Paren-
do, non imperia ducum sciscitando, res militares conti-
neri: malum esse militem, qui imperia ducum interpre-
tari

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

tari malit quàm exequi. Sufficere nobis poterat, neminem Deum velle dare bona æterna, nisi qui intus justus sit; ad consequendam eam justitiam, viam ineundam, quam ipse monstret, & certam esse ostendat donis spiritus sui.

Verba illa, *Miserebor cujus miserebor*, non adducta sunt ad edomandam contradictorum audaciam, nec quicquam commercii habent, cum interna & inherente nostrâ justitiâ, sed divinam sistunt misericordiam elucens in proposito DEI secundum electionem, vel decreto gratiosissimo de justificandis, qui credunt in Christum, quo nullum illustrius dari potest documentum immensa, & incomprehensibilis divina misericordiae, quæ verò nec absoluta est, uti Calviniani volunt, nec internam nostram justitiam vel opera nostra respicit, sed intuitu solius meriti Christi per fidem apprehensi nostri miseretur. Summa nempe concionis Evangelicæ in eo continetur quam coram M. se postquam iram DEI deprecatione & intercessione suâ a populo avertisset, Filium DEI habuit, magnificè & perquam excellenter describens misericordiam divinam, quàm gratiosam, clementem, & misericors sit in condonandis & remittendis peccatis Exod. XXXIV. 6. 7. cujus breviarium hic præmittitur, *Miserebor, cujus miserebor & gratiosus ero, cui gratiosus ero.* Quod ex merâ & immeritâ gratiâ & misericordiâ & remittat peccata, & in gratiam recipiat peccatores sine ullo ipsorum merito, non ob internam eorum justitiam, vel ob operum merita, sed gratis, & ex immensâ suâ benignitate & clementiâ, quemadmodum inde infert Apostolus: *No. est ergò volentis, nec currentis, sed misereboris DEI;* Ut res plenius constet: observandū (1.) verbū *miserendi* de potestate miserendi explicari posse, cum verba actionē significantia ex i. iotifino Hebræo soleant agendi potestate notare, quod nempe Deus ad miserendum nulli sit obstrictus, sed liberam habeat potestatem miserendi, cujus vult, uti v. 21. de potestate explicari videtur. Libertas autem misericordiae nihil commercii habet cum absolutâ misericordiâ DEI Calvinisticâ. Aliud

De verbis miserebor, cujus miserebor.

Ex. XXXIV. 6.

7.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

quippe est misericordiam DEI esse liberam, aliud eam esse absolutam. Illud excludit saltem necessitatem obligationis, & meritorum respectum, hoc autem omnem prorsus respectum excludit, adeoque fidei quoque intuitum removet. Id ergo est, quod docet Apostolus, neminem debere in voluntatis suae aut cursus merito recumbere, sed omnia ad liberrimam DEI voluntatem & gratiam referenda esse, in qua solum nostra salus sita est. Prohibuit, inquit August. in quaest. in Exod. quaest. 154. hominem velut de propriarum virtutum meritis gloriari, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur, sic etiam eam anti hesia exponit Chrysostomus; Velle & currere opus est, confidere autem non propriis laboribus, sed Dei benignitate nititur. Si autem quaeras, ad quos se extendat Dei benignitas, vel quorum velit Deus misereri; Respondet Apostolus generatim Rom. XI. 13. Concluserunt Deus omnes sub peccatum, ut omnium miseretur; ideo misericordia Dei complectitur totum genus humanum, quantum ad voluntatem antecedentem eadem tamen speciatim Deus fovet fideles, quantum ad voluntatem consequentem. Quocirca & in se gratuita merè est misericordia DEI, nec ad fruitionem ejusdem requiruntur merita vel opera nostra, sed solum fiducialis gratiae apprehensio. Versatur autem propriè hic Apostolus in vindicandâ aequitate & justitiâ decreti, quo constituit fideles vel credentes in Christum justificare, adoptare & salvare, quod ad voluntatem consequentem pertinet. Cum enim hoc judicis iustam videretur, quod Deus eos, qui operum justitiam sectabantur excluderet, eos autem, qui fide tantum apprehendunt gratiam, admitteret; occurrit illis Apostolus, Deumque minimè injustam esse hac salutis dispensatione, docet, reddidit geminâ ratione: prior à libertate misericordiae divinae ducta est, & liberat Deum à crimine injustitiae, respectu justificationis & adoptionis fidelium, posterior defamata est à justâ divinae potentiae ac gloriae illustratione, liberatque Deum ab injustitiâ, respectu reprobationis infidelium & operariorum. Praesens ergo ratio nititur liberrimâ Dei misericordiâ in eligendis ad vitam fidelibus, reprobandis operariis & infidelibus. In integritatis statu posuerat Deus justitiam & vitam in obedientia legis, condemnationem & mortem in ejus transgressione. Cum itaque

quo

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

quæ nunc per *foedus Evangelicum* contrario prorsus modo illos, qui per legem ad justitiam & vitam contendunt, à justitiâ & vitâ excludat, alios verò, qui id non faciunt, sed tantum credunt in Christum justitiæ & vitæ participes reddat; Ex injustitiæ arguebant Deum, vel propositum hocce Dei, *foedusq; Evangelicum* Judæi, contra quos disputat Apostolus; sed absolvi Apostolus id ab injustitiâ, hoc certissimo documento, quod Deus *sola misericordiâ* motus, tale decretum fecerit, cui liberum est statueri, justitiâ tamen moderante, quorum velit misereri, & quasnam velit justitiæ & vitæ participes fieri, quandoquidem ob conditionem violatam & præstandi legem impotentiam, aut *misericiordiæ* fuerit divinæ, *foedus gratiæ* cum homine pacisci, aut *rigoris* justitiæ tamen, hominem absque spe veniæ punire.

¶ 16. ἀργὸν ἔστι θελοῦντες ἵνα ἔτρεχοντες, ἀλλὰ ἔλεοντες θεῶν.

Hebræi cum pauca habeant adverbia & conjunctiones, fermè eorum vice utuntur copula. Itaque hic volentis & currentis, idem valet, quod currentis, quæ libet. Non est hoc negotium, de quo agitur, in hominis cujusque arbitrio, sed Dei. Posset enim sine injuria omnes, qui gravia peccarunt, morbo suo relinquere, nec ullam adhibere medicinam: multo magis eis qualem velit medicinam præscribere. Procedit à minori ad majus, id est, magis credibile.

Excluditur hic conatus & studium operatorum, voluntas & facultas liberi arbitrii, & uni Dei misericordiæ tribuendum esse docetur, universum salus negotium. Non ergò viribus nostris, pro quibus Pelagiani & Pontificii dimicant, quicquam relinquitur, nec tamen absoluta Dei gratiæ electio ad salutem vindicatur, quod volunt Calviniani: quia etsi non ab operibus nostris dependeat salus, fides tamen ad salutem consequendam necessariam esse, nec ipsi met Calviniani diffiteri possunt, neq; hic de fidei donatione, sed de justitiâ

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

justitiâ & salute agitur, quam ex operibus legis quærebant Judæi; ex adverso verò docet Apostolus justitiam & salutem non auti vel voluntate hominis, aut libero arbitrio, vel cursu studioq; ejusdem laborioso, sed solâ Dei misericordiâ, quæ fide apprehenditur. Conf. oracul. LXIX. *Currere ut est magna cum diligentia & festinatione progredi: sic hic & deus studium operatorum (der Werckbeliigen) notat, quemadmodum Judæi sudabant verè circa acquisitionem vite æternæ Act. XXVI. 7. Et ita vox currendi in malo usurpatur Jer. II. 25. Prov. I. 16. c. VI. 18. &c. ait hic B. Wellerus noster*

ψ. 17. λέγει γδ ἡ γραφή τῷ Φαραῶ.

Id est, in sacra scriptura dicitur Pharaoni; Similis locutio Marci XV. 28. Joh. VII. 38. 42. XIX. 24. 37. Gal. III. 22. IV. 30.

Scriptura S. loqui dicitur, quia Spiritus S. in Scripturâ loquitur, qui verbo suo unitus est, ita ut verbum Dei sit spiritus & vita Jo. VI. 64 vivum. & efficax Ebr. IV. 12. & potentia DEI ad salutem Rom. I. 16. vi cuius unionis Spiritus & verbi scripturæ ipsitalia tribuatur, quod loquatur, quod judicet Joh. XII. 48. quod sub peccato concludat Gal III. 22. quod penetrantior sit gladio accipiti, & peringat usq; ad medullam & ossa Ebr. IV. 12. quod per Scripturam illuminemur, regeneremur, convertamur, salvemur.

Ὅτι εἰς αὐτὸ τὸ εἰρηγεῖσθε ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν
μῃ καὶ ὅπως ἀγγελεῖ τὸ ὄνομά μου ἐν πᾶσι
τῇ γῆ.

In Græco est Exod. IX. 16. ἐνεκα τῆς διετηρήσεως, ἵνα ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν ἰσχύ μου καὶ ἀγγελεῖ τὸ ὄνομά μου ἐν πᾶσι τῇ γῆ. Quod Paulus vertit, ἐξηγεῖσθε & LXX. διετηρήσεως, in Hebræo est קָמַתְךָ, id est, stare te feci. Sicut autem vivificare Hebræis dicitur, qui in vita conservat, ita stare facere, ἐγείρειν, qui non impellit in ruinam. Pharaos iste populum DEI cultorem, non bello victum, sed ob Josephi merita in tutelam receptum durissimo servitio premebat.

A Deo

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

A Deo de hac injustitia admonitus, & quidem magnis signis prodigiisque additis, contumaciter obstiterat. Id enim valet ἐβάρυνεν ἢ καεδία φαρῶν Exod. VII. 14. VIII. 15. Est enim Cal pro Hithpacl, & sensus est, ipse cor suum grave reddidit, sicut aperte explicatur VIII. 15. ubi in Hebræo est, Pharao grave fecit cor suum: & IX. 35. ubi in Græco est, ἐβάρυνεν αὐτὸ τὴν καεδίαν. Hominem tam contumacem potuerat Deus illicò prosternere non fecit hoc, sed eum vivum servavit, ut plura etiam potentia suæ signa circa eum ederet, quæ Deo, magnam gloriam erant paritura, ut dicitur Nehemiæ IX. 10. Sirach. XVI. 15. Grave cor dicitur, quod à proposito dimoveri se non patitur. Quem perdere jure potuerat Deus, eum jure poterat etiam suo morbo relinquere, nec adhibere medicinam, quod Deus jure potest adversus omnes contumaces. Quam verò mensuram contumaciæ ad hoc expectare, non dico, necessarium sit, sed conveniens divinæ quæ bonitati quæ severitati, nemo exactè novit nisi ipse &c.

Non malè expendit Grotius phrasin Ebræam & Græcam totumque locum, quò pessimè abutuntur Calviniani: Quibus hæc omninò opponi possunt; quod (1.) non excitatio ad indurationem sed conservatio in vita, more loquendi Hebraico, innuitur. (2.) quod Pharao de injustitiâ adversus Israelitas, deque eorum dimissione à DEO admonitus contumaciter obstiterit, adeoque cor suum obduravit, non autem à DEO induratus sit. (3.) quod hominem contumacem quem illicò prosternere potuit, in vitam conservavit DEUS, non ut oblectaretur amplius, sed, quum prævideret eum oblectaturum, ut plura potentia signa circa eum ederet, quæ DEO magnam per orbem terrarum paritura erant gloriam: (4.) quod nomen DEI sic glorificandum fuerit, non solum ratione potentia, sed etiam ratione longanimitatis, patientia, & gratia divina. Quæ illustrissimâ ratio-

De induratione Pharaonis.



ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

ne in hoc exemplo summæ obstinationis effulgebat, & ab ipso Apostolo hic expendenda sistitur. (5) non intendebat DEUS in dem miraculis Pharaonis ulteriorem indurationem, sed ad gere potius volebat Pharaonem ad *populi sui dimissionem*, & adducere ad gloriosam sui nominis agnitionem. Unde & servi Pharaonis agnoscebant Dei potentiam Exod. IX. 20. c. X. 7. c. XII. 38. Et Pharaon ipse c. IX. 20. c. IX. 27. c. X. 16. Nec absolute voluit DEUS in Pharaone suam declarare potentiam, sed in quantum ille in *inobedientiâ sua perseverabat*; indulgebat indurescenti, ut cum insanabilis esset, potentiam suam apud exteros iisdem miraculosis pœnis ostenderet, ut in *Theol. Apost. Rom.* monuimus. (6) quod ob contumaciam & indurationem cordis Pharaonem *jure* DEUS perdere, jure etiam suo morbo relinquere potuerit, adeoq; juxta *voluntatem consequentem* & *judiciariam* reliquerit. Quam mensuram contumaciæ ad hoc ut perderetur Pharaon expectare vel deserere divinæ aut bonitatis aut severitatis convenerit DEO relinquendum est. (7) Meruit omnino Pharaon cum derelictionem divinam, tum perditionem & exitum, non tantum ob detestandam tyrannidem, & sævitiam in populum sed etiam ob summam illam contumaciam & oblationem adversus DEUM, postquam imprimis *magnis signis*, & *prodigiis* commonefactus esset. (8) Cum *indurasse* DEUS Pharaonem dicitur ne scilicet populum dimitteret, id explicatur eâ factum ratione, quod mala illa, quæ immiserat, statim ab illo sustulerit, eoq; pacto *per accidens* contumaciam illius auxerit; uti ab Origene in Philocaliâ pulchrè illustratur exemplo *heri*, qui per benignitatem & longanimitatem servos dicitur pravos fecisse, aut causa exiisse peccatorum ab iis designatorum. (9) Postquam ergo Pharaon *semetipsum iduravit*, idq; *diu*, DEUS *indurasse* Pharaonem dicitur, non *duritiem ulteriorem immittendo*, sed *eum ex vitâ non auferendo*, neq; duritiem, uti poterat, contundendo, non quod ejus perditionem *absoluto* aliquo decreto vel beneplacito decreverit, sed quia contumaciam ejus ita magis magisque orbi manifestare, ac tandem etiam justitiam suam in eo puniendo patefacere voluit. (10) *Conservatione* autem Pharaonis & *patientia* ejusdem tolerantia DEUS eundem æquè invitavit ad *pœnitentiam*: uti *Rom. II. 4. generatim*

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

neratim dicitur nos per *μακροθυμίας* suam ad poenitentiam invite-
 re, Non ergo intendit ejus exitium & perditionem, sed potius
 ejus conversionem & salutem, aliorumq; exemplum. Quod eximie
 illustrat idem Origenes in comment. ad h. l. libr. VII. p. m. 580.
 Ponamus vel Patrem familiās vel Regem vidisse tempus, quo emendari de-
 buissent hi, qui contra mores & disciplinam multa commiserunt, & elegisse
 durissimum aliquem, & his ipsis, qui corripendi sunt, multo duriorē, qui
 pro sceleribus suis jam non sit dignus emendatione sed morte. Volens ergo
 interitum ejus ad emendationem proficere ceterorum, mittens eum ad illos
 quos morte ejus corrigi cupit, dicit ei, Quia ad hoc ipsum te suscitavi, ut
 ostendam in te virtutem meam, & ut annunciem nomen tuum in univer-
 sa terra. Vide enim, quia non dixit, Quia ad hoc ipsum te feci; alioquin
 ad conditorem referri videretur culpa; sed ait, Ad hoc ipsum te suscitavi:
 hoc est, ut per animi tui malitiam, quae tibi infrenitē & sine Dei timore
 vivendo quassisti, & in alios irrogetur utilis & fructuosa correctio, & in te
 ipsum ad posteritatis exemplum famosissimus conferatur interitus. (11.)
 Patet ergo jam, quomodo induratio Pharaonis Deo tribuatur, ni-
 mirum non ut peccatum fuit, sed uti fuit peccati ejusdem supplicium,
 quodque induravit Deus non *ενεργητικώς* vel effectivē duritiem im-
 mittendo, vel augendo, sed *ἀποφαιλικώς* non auferendo nec retun-
 dendo duritiem propriā culpā contractam, & *συμβεβηκότως* tūm conser-
 vando & tolerando eum in vitā, tūm mala, & poenas statim tollendo,
 nec non *ἐγκρατικώς* deferendo & gratiam subtrahendo: de quo
 S. August. Epist. CV. Non obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non
 impertiendo gratiam: ut & *ἐξοδοτικώς*, tradendo eum in sensum repro-
 bum, Rom. l. 28. Recte itaq; S. August. Sermon. XXCIIX. de tempo-
 re: Certissime credendum est, quod Pharaonem non Dei violentia, sed pro-
 pria iniquitas & indomabilis superbia contra DEI praecepta toties indurari
 fecerit. (12.) Utitur autem hoc exemplo Apostolus, ut ostendat
 Deum libera gaudere potestate reprobandi operarios Judaeos, quia in-
 durare etiam omnino potest infideles & refractarios. Quum magna
 sit paritas inter Judaeos & Pharaonem. Ut enim hīs verbis Domi-
 ni credere renuebat, quae ipsi per Moysen & Aaronem annuncia-
 bantur, & miraculis confirmabantur: Ita illi verbo Evangelii cre-
 dere recusabant, quod ipsis à Christo ipso predicabatur, multisque

Judeorum &
 Pharaonis col-
 latio.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

miraculis confirmabatur : Ut ille in infidelitate & inobedientia contumaciter perseverabat, ita & hi. Et quum gravius sit peccatum, Filio non credere quam servo, Judæorum profectò gravius fuit peccatum, qui Filio ipsa fidem denegarunt, ut concludit Apostolus Ebr. II. 1. & c. III. 1. seq. quemadmodum etiam I. c. observavimus. Conf. quæ ad Exodum in Bibliis V. T. illustratis de hoc exemplo diximus.

ἀργα ἔν θελει ἐλεεῖ.

Emollit, quos vult ob causas sibi cognitatas. Variasunt divinæ misericordiæ genera, quorum libera Deo est dispensatio. Eorum maximum id, quo hominum vitia corrigit, quod sæpè facit non tam leniter tractando, quam acriter castigando. Adducit ad hanc rem Origenes hoc ipsum argumentum tractans Philocaliæ cap. XXVI. locum insignem ex II. Macc. VI. 12, & sequentibus, ubi ostenditur, maximæ hoc esse misericordiæ divinæ, non diu sine re ex sententia agere eos, qui peccant, sed statim illis adhibere disciplinam.

ὅν ᾗ θελει σκληρύνει.

σκληρύνειν respondet verbo קָרַח quod itidem in Scriptura usurpatur non minùs quam כָּבַד βαρύνειν, & sensu eodem. Primum prædicit Deus conspecta Pharaonis duritie se cor ejus induraturum Exodi IV. 21. deinde dicitur induruisse VII. 22. VIII. 19, 36. ubi in Hebræo est, & induravit, nempe se, cor Pharaonis. Dicitur & DEUS indurasse cor Pharaonis IX. 13. X. 20. 27. XI. 10. XIV. 4. 17. Pharaosemet obduravit voluntariâ obstinatione; DEUS Pharaonem; id est, sicut duriores fieri, ac qualis esset, ostendit (utrumque enim per verba activa apud Hebræos significari solet) servando, ut diximus, vivum molliusque eum tractando quam merebatur, ut postea tarditatem supplicii

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

plicii gravitate compensaret. Vide dictum locum ex Maccabaico, & Origenis, quæ indicavimus. Addit Kinchi in verbo *κατεργασθη* indurare Deum animos hominum, consilia sua ipsos celando, exemplum dans in Pharaone & Seone.

Non aliena ab istis, quæ antecedunt, videtur illa verborum, *Miseretur igitur quorum vult, explicatio? Emollit, quos vult, ob causas sibi cognitatas; inter alia, vitia hominum acriter castigando: indurat quem vult* permittendo, ut durior quis fiat, ac servando virum, molliusque eum, quam meretur tractando. Sivero generalius accipiatur hæc sententia, nihil tamen Calviniani pro horribili suo dogmate, quod causa indurationis constitatur absoluta DEI voluntas inde exsculpere possant. Dici enim potest (1) non de actione, sed de agendi potestate verba Apostoli esse intelligenda. DEUM nempe potestatem habere indurandi, quem vult. (2) Voluntatem illam non esse absolutam, nulla merita hominis respicientem, sed innui tantum ab Apostolo voluntatis divinæ libertatem, quæ tamen non est opponenda divinæ vel iustitiæ, vel veritati. (3) indurationem, quæ DEO scribitur, non esse peccatum, sed pœnam peccati, alioquin DEUS directè causa peccati statueretur, quod blasphemum esse, saniores agnoscunt Calviniani. Si autem pœna est peccati, præsupponit utique peccatum. Proinde nec potest, nec debet absolute DEI voluntati unice ascribi. Notandum itaque indurationem bifariam spectari. 1. uti peccatum est. 2. ut est præcedentium peccatorum supplicium. Priori modo hominibus & Diabolo ascribitur, huic ut suggerenti & excœcanti 2. Cor. IV. 3. Eph. II. 2. illis ut consentientibus, & spontaneâ malitia sese indurantibus, ideoque dicuntur illi Deo tergum obvertere. Zach. VII 11. oculos occludere Es. VI. 10. Job. XII. 40. aures obserare Matth. XIII. 15. cervicem indurare Act. VII. 15. frontem habere æneam Es. XLIX. 4. faciem petra obfirmatiorem reddere Jer. V. 3. cor aggravare 1. Sam. VI. 9 mentem reprobam fovere Rom. I. 28. conscientiam calliditatem habere 1. Tim. IV. 2. ut & spiritum compunctionis Rom. XI. 8 animumque pœnitere nescium Rom. II. 5. denique callum in duritiæ contrahere

De verbis indurat quos vult.

ANNOTATA ANTI GROTIANA

Quomodo in-
duratio DEO
tribuat?

trahere Eph. IV. 9. Altero modo ascribitur Deo, vel etiam ejusdem ministerio. Es. VI. 10. & huic quidem μετανοητικῶς vel ob declarationem judicii divini: Illi autem κυριῶς, estq; nihil aliud, quam ipsum judicium justissimum, quo vindicatur hominum contumacia per gratiæ subtractionem, & traditionem in potestatem Satanæ. Non ergo DEUS indurationis in quantum illa peccatum est, causa est sive directè, sive indirectè, sive efficiendo, sive præcipiendo, sive approbando, quod patere potest (1.) è Dei naturâ, quia immutabilitas, bonitas, & perfectio ejusdem summa obstat, quò minus à DEO ullum peccatum esse possit (2.) ex prohibitione divinâ, ne obturemus corda Psal. XCV. 8. (3.) è Dei querela, quod homines seipfos indurarint, Exod. X. 3. (4.) È pœna, quâ afficit eos, qui se indurant. Non enim indurationis autor est, cujus ipse est ultor. Quâ verò induratio pœna est peccati, DEO ascribitur, non quod ipse autor sit duritiei cordis, sed quod Deus in pœnam peccatorum præcedentium reprobos permittat indurari, eosdem gratiâ sua deserat, tandemq; Satanæ tradat. Quibus actibus judicialibus positis, sequitur peccatum indurationis. Cum ergo DEUS indurare dicitur, neutiquam id intelligendum est ενεργητικῶς vel effective, quasi Deus immittat duritiem, vel efficienter ad indurationem cooperetur, sed 1. συγχωρητικῶς propter permissionem uti Esai. LXIII. 3. dicitur, Fecisti nos errare, i. e. permisisti, ut exponitur Psal. XXCI. 13. 2. ἀφορητικῶς propter occasionem, quam ex iis, quæ DEUS agit, sumunt reprobi. Unde Deo id adscribitur saltem συμβεβηκός, & ex accidenti. Ita concurrere dicitur Deus ad indurationem, partim σωτικῶς conservando reprobos, & tolerando eos, qui indurantur, partim ὑλικῶς media offerendo, quibus abutuntur homines ad sui perditionem, ut magis magisque induerentur, cum DEUS illis agere eos velit ad pœnitentiam. 3. ἐγκαταλειπτικῶς ob desertionem, quod gratiâ suâ deserat reprobos, vel etiam ἀφαιρητικῶς, quod mollitiem cordis qualemcunq; auferat, subtractione gratiâ. Matth. XIII. 12. 4. παραδοτικῶς ob traditionem in Jesum reprobum, & in ulteriorem Satanæ potestatem Rom. I. 28. Quod autem non velit Deus indurare nisi eos, qui gratiam oblatam aspiciuntur, universa Scriptura comprobatur. Vid. Prov. I. 24. seq. Es. V.

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

Es. V. 1. seq. Jer. XXXII. 33. Matth. XXIII. 37 Luc. XIV. 21. Job. III. 18. 36. cap. XVI. 8. seq. 2. Thess. I. 8. c. II. 10. Non ergo absoluta hic est voluntas, sed supponit oblata gratiae reprobationem. Quid quod etiam ipsum indurationis pecc. tum id satis confirmet, quia induratio formaliter includit reprobationem gratiae, & obfirmationem cordis adversus verbum Dei. Non ergo citra manifestam contradictionem induratio imputari potest absolute Dei voluntati. Recte iterum hic se habet Origenis interpretatio: *Quod autem dicit, cui vult, miseretur, & quem vult, indurat: ex his, quae in Exodo Scripta sunt, videtur assumere. ibi enim dicit: Indurabo cor Pharaonis, ut ne dimittat populum. Indurabatur cor Pharaonis, hoc modo: noluit Deus subitam & plenam dare in eum vindictam. Quamvis enim esset consummata malitia, tamen per patientiam suam nec ipsi facultatem conversionis exclusit: & ideo primo severioribus, tum etiam paulatim ingravescentibus in eum verbis utebatur. Sed quod Deus gerebat per patientiam, ex hoc ille indurabatur ad contemptum, majorem sibi viam recondens, ita ut ad ipsum dici conveniat illud, quod scribit Apostolus, An divitias bonitatis & longanimitatis contempnis, ignorans quoniam patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & cor impoenitens thesaurizas tibi ipsi iram in die irae. Non ergo, quem vult, Deus indurat, sed qui patienter obtemperare noluerit, induratur.*

ψ. 18. ἐπέεις ἐν μοι.

Dicis tu Judae pertinax.

τι ἐπιμέμθηται.

Cur ergo Deus nos incusat? sic μέμθηται sumitur Hebr. VIII. 8. sic & II. Maccab. II. 7.

τὸ γὰρ βελήμα αὐτὸ ὡς ἀνθρώπου

Est Hebraismus. Nam & indicativus ponitur pro subjunctivo: & praeteritum pro quovis tempore: quasi dicat; *τίς ἀνθρώπων*. Quis possit voluntati ejus obstare? est proverbium tritum usu inter Hebraeos, ut apparet Gen. I. 19. ut quidem accepit Latinus interpres. Sic II. Paralip. XX. 6. ad Deum: *ὅτι ἐστὶν ὡς ἄνθρωπος*. Hoc opponebant Judaei Paulo.

Paulo,

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

Paulo. Si DEUS non vult sanare nisi per fidem, & fidem nobis non dat, cur nos accusamur? Nam Deo aliquid volenti homo frustra se opponat. Responsio erat parata Apostolo? verum hoc esse in iis, quæ Deus sine conditione vult effectadare. Hic aliam esse rem: nam, quæquam Deus sanare non vult nisi in Jesum credentes, ut non credant in ipsis esse causas, quam responsionem insinuabit Apostolus mox 29, & latius exequetur capitibus sequentibus. Sed antequam id faciat, prudenter contundit Judaicam ferociam: meritò sanè. nam quod dicebat Paulus Christianos factos Dei populum, apparebat rebus ipsis, id est, & excellentissima vitæ puritate & donis Spiritus eximiis.

Verum est, causas esse in hominibus, ut non credant; non tamen vicissim concludendum est, in iis causas etiam esse, ut credant. Calvinianis autem hanc *claram Heruleam* facile extorquebimus si observatum fuerit, Verba hæc pertinere ad *Judaorum objectionem*, adeoq; nil probare. Sic enim gerebant Judæi: *Si DEUS indurat, quos vult, quid ergò successerit indurati, cum nemo ejus voluntati resistere possit?* q. d. DEUM non posse jure succensere irresistibili ejus voluntate induratis. Responsio autem Apostolica non assumit, sed refellit hanc objectionem; quæ partim *indirecta* est, & *objurgatoria*, quod homo non debeat respondere DEO ex adverso, partim *directa & informativa*, quæ docet Apostolus, tum quod Deus omnino jure succensere possit induratis, quandoquidem non induret, nisi jam culpa sua justissimæ iræ divinæ vasa factos, tum quod Deus non induret voluntate *irresistibili* duritiem cordis positivè immitendo, quod & *Judæi*, & *Calviniani* in ista objectione assumunt, sed *perferendo* multa lenitate & patientia *vasa iræ ad interitum coagmentata*. Qui autem *indurat, quem vult*, ita tamen ut duritiæ non sit *autor* vel *approbator*, seu *causa positiva*, is non immeritò accusat, eos, qui *indurescunt*. Id verò de Deo quatuor potissimum modis & gumen-

AD] EPIST. AD ROM. CAP. IX.

gumentis ianuit Apostolus. 1. quia, qui indurescunt, sunt *vasa iræ*; Ira autem præsupponit *peccatum*, 2. quia DEUS *tolerat* saltem, non autem approbat eorum duritiem, 3. quia *in longanimitate multa* tolerantur, ideoque non vult DEUS, ut indurètur, sed ut convertantur. Rom. II. 4. 4. quia dicuntur *vasa preparata ad interitum*, propria scilicet culpâ. Non ergo voluntate DEI *absolutâ*. Quamquam verò admittamus, voluntatem aliquam DEI esse *irresistibilem*, eam tamen, quæ exerit sese in *electione ad vitam æternam*, vel in *fidei donatione ordinariâ* irresistibilis non est, quemadmodum hic docet Apostolus. Quem certè obiectio illa stringeret, si irresistibilis hæc DEI voluntas foret. Quid enim conquiritur DEUS de nobis, quum non credimus. Si fidem his dare, aliis negare absoluto decreto constituit, ejusque voluntati, secundum quam illam dare aut non dare vult, nemo resistere possit.

ἠρῆνγς, ὡ ἀνθρώπι.

At qui ô tu. Est formula corrigentis aliorum dicta, ut Luc. XI. 28. infra X. 18.

ὄ τις εἰ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ.

Tu quis, id est, quantulus es, qui Deo respondere audeas, id est, contra ea, quæ Deum facere vides, disputare? Est & hoc sumptum ex dicto frequenti apud Hebræos, cujus sensum habes Joh. IX. 12. 13. 14. 15. 16. XXXIV. 31. 32. 33. 34. 35. Dan. IV. 32. Etiam homines heri servodicerent solent, abi responsator. M. Antonius Imperator librò XX. *εἰρά γδ καὶ αὐτὸς, ὅτι ἔτ' ὠδραζήτων δικαιολογῆ πρὸς τὸν Θεόν.*

μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσυντι, τί με ἐποίησας ἔτως.

Hoc quoque ex usu sumptum apparet Esai. XXIX. 16. & XLV. 9. Nihil autem aliud indicat, quam non debere homines reprehendere facta Dei opificis sui, *τί με ἐποίησας ἔτως*, id est, cur me sic tractasti? Nam etiam in illo sensu apud Græcos & nostros ποιῆν pro dativo habet accusati-

F

vum

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

vum, ut apparet Matth. V. 44. & secundum quaedam e-
xemplaria XXVII. 22. Luc. XV. 14.

Ἡ δὲ ἔχει ἐξ ἑσίου ὁ κερραμεύς τὸ πηλὸν ἐκ τῆς αὐτῆς Φυρμάματος
ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς ἕμην σκεῦος, ὃ δὲ εἰς
ἀλιμίαν

Jus habet figulus non modò ex eodem luto facere, quæ velit vasa, sed & facta refingere, & ex esculentis, si velit, facere matulas. Vide Sap. XV. 7. ubi ἐκ τῆς αὐτῆς πηλῆς, quod hic est, ἐκ τῆς αὐτῆς Φυρμάματος. Nam Φύρμα, quod de farina maximè usurpari solet, generale est, & quidvis mixtum significat, ut in geponicis, Φύρμα κονίας καὶ βολβίτης. Quod hic εἰς πικρὴν σκεῦος, ibi καθαρῶν ἔργων δέλα σκέυη: quod hic εἰς ἀλιμίαν, ibi ἐναντία. Verum hanc similitudinem non in omnibus respondere ostendit Jeremias XVIII. 6. ubi eadem utitur figuli ac luti similitudine, statim quæ sub- jicit Deum hominum consiliis sua attemperare consilia. Videatur locus & alter ei similis. Sirachidæ XXXIII. 14. 15. ubi post similitudinem figuli & luti additur: Ὅτι δὲ ναὶ αὐτοῖς καὶ τὴν κέρσον αὐτῶν. Non ulterius igitur premenda hic ἐπιπόνοια, quam ne eorum, quæ Deus agit, nos velimus esse censores ac judices. Simile illud in Evangelio Matth. XX. 14. 15. Tolle quod tuum est, & abi. Annon licet mihi de teo facere, ut volo? Quia verò Φυρμάματος vox hic apparet, non possum omittere Philonis locum de sacrificiis Abelis & Caini: Est is talis: τὸ τοῖνον Φύρμα, εἰ χεὶ τ' ἀληθῆς λέγειν, ἡμεῖς ἐσ- μὲν αὐτοῖς, συμπεφορημένων καὶ συγκερμένων πλείστων ἐσιῶν ἵνα δόποτε λεοθώμεν. Φοχρὸν γὰρ θερμᾶ καὶ ξηρὸν ὕγρω, δυνάμεις ἐναντίας μίξας καὶ ἀνακερραμάμεν. ὁ ζωσλασης ἐν ἐκ πασῶν ἕκαστον ἡμῶν ἀπειργάσατο συμφόρημα ἀφ' ἑ καὶ Φύρμα εἰρηται. Platoni verò de Republica secundo, ubi de vario agitur hominum statu, Deus vocatur ἰπλάστωρ. Rectè

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

Rectè hæc se habent. Frustrà autem ex adverso Calviniani ex hoc simili stabilitum eunt dogma *horribile*, quod vocat ipse ejus Autor de *absolutâ Reprobatione*. Quibus in genere respondemus 1. *Theologiam Parabolicam* non esse argumentativam. 2. Omne simile esse quoq; dissimile. 3. Similia non esse extendenda ultra scopum auctoris. 4. Ideoq; non semper quævis comparationis membra subtilius rimanda esse, si constet modò intentio & applicatio ab autore facta. In specie verò notamus. I. Collationem hic institui DEi & figuli, ut & hominis cum figmento figuli. 1. ratione potestatis. 2. ratione facturæ in se. 3. ratione indignitatis facturæ in ordine ad figulum. 4. Quod factura non debeat *avtæ-ronæ* necq;. Non autem instituitur hic comparatio, vel ratione paritatis *massæ* in ordine ad vasa diversâ, vel ratione originis & cause ignominie, quasi DEus ita ad dedecus faciat quoq; hominem, vel ad interitum coagmentet vasa iræ, uti figulus est fictor ollæ, quâ eadem est vas dedecoris vel quasi nulla sit disparitas in massâ generis humani, ex qua alii eliguntur, alii reprobantur, uti lutum sese eodem modo habet, ex quo & vasa decoris & ignominie parantur, talis enim applicatio nec cum analogiâ fidei conciliari potest, nec è verbis vel scopo Apostoli unquam demonstrabitur. II. *Absolutum* DEi jus adumbratur in potestate figuli, non autem decretum aliquod DEi absolutum. Aliud enim est potestas DEi, aliud potestatis illius exercitium. Ita DEus potestatem habuit prolapso genere humano in peccatum omnes prorsus reprobare ceu *vasa iræ*, non autem ideò hoc jure suo usus est, sed misertus humani generis reprobato tantùm voluit finaliter incredulos, credentes autem elegit ad gloriam. III. Calviniani nondum conveniunt in simili hoc evolvendo quænam massa intelligatur, ex qua illi censent vasa alia ad decus, alia ad dedecus coagmentata. Nonnulli massam intelligunt *hominem nondum creatum* sed adhuc creandum. Alii hominem, *quæ creatus est*. Alii, *quæ & creatus, & in peccatum lapsus*. Priores sententias refellunt illi, qui posteriori adstipulantur idq; rectissimè, è quibus Pareus in Comment. ad h. l. docet *massam damnatam propriè esse objectum electionis & reprobationis, misericordie*

Simile de figulo.

ANNOTATA ANTI GROTIANA

sordis & iræ idq; argumento probat ἀγαλίτω Tales enim homines prædestinavit DEUS ab æterno, quales vocat, justificat in tempore, nempe in massa perditionis jacentes. IV. Si ergò genus humanum in peccata prolapsam massa illa est, quæritur utrum eodem prorsus modo sese habeant tum illi, qui præparantur ad gloriam, tum illi, qui congemtantur ad interitum in æterno DEI decreto? Ubi pariter rectius id decidere non possumus, quàm juxta prædictum argumentum Patris. Tales homines prædestinavit DEUS, quales justificat in tempore. Tales ab æterno reprobavit, quales condemnat. Non autem justificat aut condemnat eos, quàm in Adamo peccarunt, sed quàm vel credunt in Christo n, vel non credunt. Itaq; etiam in Prædestinationis decreto massa generis humani spectari debet non simpliciter, quàm in Adamo obnoxia facta peccato, sed quàm per fidem est in Christo, vel extra Christum, per incredulitatem.

ψ. 22. εἰ ἦ ὁ Θεός.

Post repressam superbiam manifestis DEI factis ob-
treçantium paulatim dispensationis illius divinæ causas
aperit, quantum quidem eas hominibus scire fas est.
Ei ἦ hic nihil habet, quod ei reddatur per δωροσιν. Valet
itaq;ve. Quid tum si? Id est, Quid in eo iniqui?

Sic est; nulla hic repetitur δωροσιν: ideoq; nec versû præce-
denti 21. cum de figulo agitur, similitudinis *ωρίτων* constituenda,
quam Calviniani confirmare solent: quasi jam sequatur,
quopactò DEUS componatur cum figulo: quum non à pari, sed à
minori ad majus potius argumentum desumatur; si figulo licet vas ho-
noris & ignominie ex eadem nil discrepante materiâ adornare, inq; eo ejus-
dem libera potestas effulget, quantò magis licet DEO summè libero, suam o-
stendere in tolerandis vas ignominie, quæ seipsa adaptarunt
ad ἀλιείων, longanimitatem, & in vas gloriæ patefacere divi-
tias suæ bonitatis? Non esse *ωρίτων* & δωροσιν disparitas ipsa do-
cet: Nam ex unâ parte ignominia est finalis, cum vas ignominie à
figulo

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

figulo formatum tale sit ac maneat intentione figuli; vasa autem ignominie, cum de hominibus Sermo est, non assurgere posse, ut vasa sint in honorem in Synodo Arelatensi Epist. ad Lucid. meriti damnatum fuit: Illic parat figulus æquè vasa ignominie atq; honoris cum gaudio; hic verò non facit DEus vasa ignominie, sed qui suâ culpâ talia evasere, eos tolerat non absq; cordolio. Figulus procedit liberâ voluntate, Dei autem processus nititur iustitiâ, non verò simplici beneplacito. Chrysostomus hic mavult *ἰσοδουρα* vel exemplum dicere, quàm similitudinem suâ *ἰσοδουρα* & *ἰσοδοσει* constantem statuere, & de exemplo hoc ita habet (p. 195.) Hic igitur (Apostolus) aliud nihil agere vult, quàm ut persuadeat auditori, ut maximoperè & supra quàm dici possit, Deo pareat, nullaq; de re ab eorationem exigat. Quemadmodum enim figulus, ait, ex eadem massa, quæ vult, vasa facit, ac nullus contradicit: ita & hic eodem ex hominum genere alios quidem supplicio, alios autem honore dum afficit, ne curiosus sollicitusq; sis causæ peruestigator, sed hunc adorato tantum, & lutum imitare ac quemadmodum illud figuli manus, sequitur: sic & tu sententiam eius: qui hæc dispensat. Nil enim temerè nec fortuitò facit, ut etiam ignores sapientiæ arcanum. Tu porrò figulo permittis, ut massa ex eadem, dissimilia ac differentia vasaingat, nec vitio vertis. A Deo autem rationem exigis tum suppliciorum, tum honorum? nec concedis, ut sciat ipse, quis dignus, quis rursus indignus sit? Veruntamen quod prius dixi, in unum hoc solùm accipiendum est ipsum exemplum, quod videlicet non oportet DEo contradicere: quin potius incomprehensibili illius sapientia concedere. Nam exempla oportet majora esse proposita, iisq; pro quibus ea in medium adducuntur, & quidem, ut auditorem magis afficiant. Nam nisi majora essent majoremq; haberent hyperbolen, ea non quemadmodum oportet, contradicentem perstringere ac pudesacere possent. Oratio autem in hoc & sequenti versu in completa est, de quo B. Mylius: Exponuntur autem utrinq; finales causæ, in damnandis impiis, iustitiæ & potentiæ: in salvandis credentibus, misericordiæ divinæ demonstratio. Oratio tota *ἰσοδοσει* non habet: Nam post quàm dixit, si ita libeat, utrinq; DEO &c. Suspensa oratione, lectori sensum proximæ orationis suggerit, vimirum, Quis est homo, qui respondere ausit, aut injus vocare Deum.

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

ψ. eod. θέλων ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν καὶ γνώρισαι
τὸ δυνατόν αὐτῶν.

Volens ostendere in impios Judæos severitatem suam & potentiam ad judicia sua exsequenda etiam per Romanos. Innuit enim Apostolus desolationem illam à Daniele & Christo prædictam : τὸ δυνατόν, ut supra II. 4. τὸ χρηστὸν, neutra adjectivorum pro denominativis, more Græco.

ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκευὴ ὀργῆς κατηρησμένα
εἰς ἀπώλειαν.

Σκευὴ ὀργῆς duplici sensu dici possunt aut per quos, aut in quos Deus judicia sua exsequitur. Nam per utrosque tanquam per instrumenta Dei severitas, quæ hic ὀργὴ dicitur, elucet. Hic sumendum id in sensu posteriore. Contra σκευὴ ἐκλογῆς Act. IX. 15, instrumentum electum: Et modò σκευὴ εἰς ἡμῶν, εἰς ἀπώλειαν. σκευὴ εἰς ἡμῶν m. II. Tim. II. 21. σκευὴ τῆς λειτουργίας Heb. IX. 21. Dicuntur autem σκευὴ ὀργῆς homines certè non ex natura, sed ex longa indurataq; malitia, dignissimi scilicet in quos Deus gravissima edat exempla: quales erant Judæi plerique illis temporibus: dicuntur eidem σκευὴ κατηρησμένα εἰς ἀπώλειαν, ubi more Hebræorum, qui panca habent verbalia, participium ponitur pro verbali: planè ut Hebræum קָדָו quod aptum significat, & per עָטִים verti solet à verbo קָדָו, quod modò עָטִים אֶזְוֶ vertitur, modò καταρτίζω ut Psal. LXVIII. 10. LXXIV. 16. LXXXIX. 38. Hoc sensu κατηρησμένον habuimus & Luc. VI. 40. Apti ad interitum sunt, qui dirum exitium meruere. Tales Deus non illicò perdit, sed tempus illis dat ad resipiscientiam, quod hic ostendunt illa ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ & supra II. 4. ubi est eadem vox μακροθυμίας: & sequi-

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

& sequitur τὸ χρηστὸν θεῶν εἰς μετένοιασιν ἀγει. Quæ omnia a-
 pertissimum faciunt non respici hic homines nudè ut
 creaturas Dei, aut ut Adami postero, sed ut similes Pha-
 raoni. Est apud Eusebium Præparationis VIII. Philonis
 locus ab eo quod hic tractatur, non alienus: *προμηθεῖται ὁ*
 (DEUS) *καὶ τῶν ὑπαλίως ζώντων, ἀμα μὲν κερθνεῖς ἐπανόρθωσιν*
αὐτοῖς διδῶν, ἀμα ἡ καὶ τὴν ἰλεων φύσιν αὐτῶν ὑπερβαίνων ἢς ὁ πατὴρ
ἀρετῆ καὶ Φιλανθρωπία γέγονεν. Sic & II. Macc. VI. 14. ἀναμένει
 μὲν κερθμῶν ὁ δεσπότης μέχρη θεῶν καὶ τῶν τήσαντ' αὐτὰς πρὸς ἐκ-
 πλήρωσιν ἀμαρτιῶν κολάσαι.

ψ. 23. καὶ ἵνα γνωρίζῃ τὸν πλεον τῆς δόξης αὐτοῦ.

Paulus omnem abundantiam solet πλεον vocare, ut
 supra II. 4. XI. infra 33. II. Cor. IX. 2. Eph. I. 7. II. 7. πλεον
 δόξης hic & Eph. I. 18. & Coloss. I. 27. est ingens gloria. Agi-
 tur autem hic de effusione donorum Spiritus, quæ DEO
 fuit summè gloriosa. καὶ ἵνα γνωρίζῃ, id est, fecit hoc tum
 ob alias causas, tum ut ostenderet &c. Nam contraria
 ex contrariis elucescunt.

ὅτι σκευὴ ἐλέους.

Homines in quibus DEUS bonitatem suam mirificè
 ostendit. ἡ ἑβραῶν per ἐλεῶν verti solet, & usurpari
 etiam ubi nulla præcessit miseria.

ἢ προητοιμάσεν εἰς δόξαν.

Ad honorem hic inchoandum, perficiendum in vi-
 ta altera. Quomodo autem eos ad id præparaverit, ex-
 plicant sequentia προορίζειν & προετοιμάζειν non invenitur ni-
 si de rebus bonis.

ψ. 24. ἔς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ἐμόνον ἐξ Ἰσραήλων, ἀλλὰ
 καὶ ἐξ ἐθνῶν.

Nos, id est, Christianos, quos DEUS vocavit, cum
 esse.

ANNOTATA ANTI GROTIANA

effectu scilicet, id est, ad obedientiam perduxit, genitos partim ex Judæis, partim ex aliis gentibus. Verba consilii & laboris sæpè ita sumuntur, ut simul & eventum includant, ut dare I. Tim. II. 25. XIX. 4. Vide supra VIII. 30. *κγ*) hic est ἐξ ημετέριον ejus quod præcesit.

Hæc idem est ita contra Calvinianos dicta, quod non a DEO σκεύη κατηλισμένα vasa adaptata sint, sed potius indicetur meritum eorum, & quod præ ad interitum dicantur, qui eum merere, quodq; non respiciantur homines nudi ut creaturæ DEi, aut ut Adami posterii, sed ut similes Pharaoni. Quomodo tamen hæc ad desolationem à Daniele & Christo præd. etiam determinentur, non apparet. Quo de potius audiendus Chrysostomus homil. XVI. Considera porro illius probitatem ac sapientiam infinitam. nam quum posset, de iis, qui supplicio adficiuntur agens, non Pharaonem, sed eos qui ex Judæis peccavissent, proferre, atq; hæc ratione orationem apertiore reddere tum ostendere, quod ubi iidem parentes, ubi eadem peccata, alii quidem per erint, alii aut. in misericordia donati fuerint, sicq; persuadere non amplius dubitandum esse, si ex gentibus quoq; nonnulli salvi effecti essent, Judæis perditis: sed id Paulus quum posset, tamen ut ne orationem invidiosam redderet, supplicii quidem argumentum ac probationem à barbaro profert, ut ne illos videlicet iræ vasa appellare cogatur: eos autem qui in misericordiam assequuti sunt, à Judæorum populo assumit. quæquam, quod satis est, pro DEo defensione utitur. Quod is videlicet quum intellexisset illum admodum seipsum præparantem vas perditionis, tamen sua officia contulerit: tolerantiam lenitatem, nec simpliciter lenitatem, sed multam lenitatem, nec in Judæis quidem id argumenti voluit exercere. Plenius de his diximus contra Prædestinationes in Theol. Apost. Rom. Orac. LXXII. Aliter utiq; loquitur Apost. de vasis misericordie; aliter de vasis iræ: Illa à DEo præparata dicit ad gloriam: hæc simpliciter dicit κατηλισμένα. Nec vero DEum sed hominem ipsum facit causam tum peccati quo est vas iræ, tum interitus & exitii.

1. Quia versatur hic Apostolus in commendandâ DEi longanimitate quam multam esse dicit, etiam respectu vasorum iræ non autem in
decla-

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

declarándâ severitate cuius hic primariò rationē non habet, tamen si *vasa iræ* indicat. Si reponent Adversarii, Apostolum explicare, quomodo DEUS voluerit ostendere iram; respondebimus, Apostolum id tantum innuere, quod cum DEUS potuerit iram suam adversus vasa iræ declarare, testatum adhuc fecerit *μακροθυμία* vel longanimitatem suam. 2. *Vasa iræ* dicit Apostolus, non quæ DEUS vel destinauit vel præparavit ad iram, sed quæ iram DEI merentur, & quibus DEUS irascitur. Quibus autem irascitur, eorum certè non est autor, quâ illis irascitur Sap. XI. 25. Quod si vasorum iræ, quâ talium opifex esset, utiq; necessariò causa peccati statueretur, quod blasphemum esse agnoscit Pater. 3. Perferre dicitur *vasa iræ* DEUS ἐν πόδι μακροθυμία h. e. benignitate sua invitare ad pœnitentiam Rom. II. 4. conf. II. Pet. III. 9. Hic enim est finis primarius *μακροθυμία* & tolerantia DEI, perse à DEO intentus, ut è loc. cit. videre est Non E. ipse DEUS coagmentare innuitur homines ad interitum, cum intendat prorsùs contrarium illâ *μακροθυμία* pœnitentiam nempe & salutem eorum. 4. Quod DEUS tolerat tantum, ejus non est autor vel approbator. Quod enim amamus & approbamus, id amplectamur, quod verò displicet, animis aversis toleramus. At *vasa iræ* tolerare tantum dicitur. 5. *Vasa iræ* vel intelliguntur communiter homines peccatores *irâ digni* aut ira Dei obnoxii, vel *specialiter* infideles. Illum sensum hic locum non habere pater, cum eo modo omnes homines natura sint filii iræ Eph. II. 3. & obnoxii DEO Rom. III. 19. si autem infideles intelligantur, manifestum est, coagmentationem eorum non esse à Deo. Nam illa *coagmentatio* vel accipitur, quâ illi sunt ad infidelitatem compositi, quod DEO adscribi nequit, nisi DEUM causam infidelitatis dicere velimus, vel quâ *infideles* ad interitum destinati aut præparati sunt. Quod si omninò de DEO diceretur, non absoluta ejus voluntati, sed judicio justo ad scribendum foret, quo propter infidelitatem eos ad interitum addixit. Verùm id 1. hic non adscribitur DEO. 2. alibi removetur à DEO; *Pœditio tua ex te Israël* Os. XIII. 9. 3. Nec vox *κατασκευάσθαι* id admittit, ut Deo adscribatur, quæ non de extrinseca destinatione, sed de internâ potius dispositi-

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

dispositione accipienda, quâ impii semet ipsos infidelitate & ex eâ manantibus peccatis ad interitum ad præparant, disponunt, & cogitant, cum eos DEUS per verbum suum velit præparatos ad fidem & salutem. Vid. *Matth. IV. 21. c. XXI. 16. Marc. I. 19. 2. Cor. III. 11. Gal. VI. 1. Ebr. X. 5. c. XIII. 21. 1. Pet. V. 10.* Quam tamen vocem etiam cum Grotio simpliciter intelligere possumus, ut κατηγιαμένοι dicti sint ἐτοιμοί ad interitum, qui eundem meruere. Laudamus quoque observationem Grotii de verbis *ωρολογίων & ωρολογίων*, seu Scripturis consentaneam, quod non inveniatur nisi de rebus bonis: Et fatetur à Calvinianis Zacharius ipse, ut & Martyr, Witakarus, Keckermannus, Scripturam voce Prædestinationis solum tantum de Electione, non verò eam ad reprobationem extendere. Vid. Appendix Exam. doctr. Ref. rm. de Person. Christi p. 493. Quod verò DEUS dicitur demonstrare & τὴν ὀργὴν & τὸ δύνάτωρ αὐτοῦ, cum tolerat vasa iræ, quæ suâ culpâ iram meruere, eo innuitur, quod cum iræ DEI & potentia ejusdem manifestatione adversus refractarios, ut in exemplo Pharaonis luculentissimè apparet, conjuncta sit, & effulgeat magna DEI longanimitas, quod non in exiguo tempore toleret etiam ipsa vasa iræ: quæ nil nisi severitatem meruere, & interitum, ad quem sese propriâ culpâ ad præparant: de vasis autem misericordiam ait, quod patefaciat DEUS in iisdem divitiis gloriæ suæ, gloriosæ nempe misericordiam, utpote quæ ipse ex immensâ gratiâ præparat, ad gloriam, sine ullo suo merito. Quo pacto iterum cum justitiam tum misericordiam DEI, neutram verò absolutam, utramque temperatam in negotio æternæ salutis adserit. Digna sunt, quæ hic habet Chrysostomus; quæ adducantur: *Vas iræ erat Pharaon, hoc est homo, DEI iram accendens per suam durtiem. DEI enim lenitatem ingentem nactus, melior nequaquam evadebat, sed incorrectus manebat: itaque illum non solum iræ vas vocavit, sed & ad perditionem præparatum, hoc est, apparatus, à se quidem, & suo pro ingenio. Neque enim DEUS quicquam prætermisit eorum, quæ ad ius correctionem emendationemque facerent: neque ille quicquam omisit eorum, quæ ipsum perderent omni, veniam privarent. Sed tamen hæc Deus, quum probe nosset, tulit multa cum lenitate, volens ipsum ad penitentiam adducere.*

cere.

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

cere. Si enim hoc nolisset, ne lenitatem quidem tantam exhibuisset: ubi autem noluit ille lenitate ad poenitentiam uti, sed seipsum ad iram preparavit, usus est illo DEUS ad aliorum correctionem, per supplicii genus, quo illum affecit, cum alios ad virtutis studia addictiores, intentioresque reddens, tum suam ipsius potentiam hac ratione spectatam faciens. Quod enim non vult DEUS sic suum rostrum innotescere, sed aliter, nempe per beneficentiam, liberalitatemque erga nos suam: id verò modis omnibus jam inde ab initio declaravit. Et paulò post: At verò posteaquam proluxa uteretur lenitate, ut illum ad poenitentiam adduceret, illum autem non poeniteret: tulit illum ad multum tempus, simul quidem declarans suam bonitatem, simul autem & potentiam, nisi vellet ille lucrum aliquod facere à multa hac lenitate, ac tolerantia. Ergò quemadmodum sumpto de eo qui incorrectus permanserat supplicio, potentiam ostendit suam: ita plerosque peccatores ad poenitentiam reversos miseratus, benignitatem nobis suam spectatam, probatamque reddidit nec dixit, benignitatem: sed gloriam, ostendens videlicet, quod hoc ipsum maxime gloria DEI est, quodque ea cura ac studio illi imprimis est. Et post aliquam multa: DEUS admodum bonus quum sit, in utrisque eandem ostendit bonitatem. Etenim non eos modo, quos servabat, miseratus est, sed et Pharaonem ipsum, quantum quidem in ipso fuit. Eandem enim enitatem & illi & hic sunt assequuti. Qui si servatus minime fuit, rei totius culpa ab illius animo accidit: nam DEI partes atque officia nihilominus accepit, quam qui servati sunt. Hæc Chrysostomus: Addere etiam placeat B. Myli nostri interpretationem: Partes orationis hujus singulae, inquit, accuratam considerantur rationem merentur. 1. Quoad damnatos, retinetur similitudinis figura, & vasa appellantur impii, ac vasa quidem iræ. Bisariam illis hæc appellatio competit. Primum enim impii sunt, quibus DEUS ceu virgis utitur, non tantum ad affligendum sese mutuo: sed ad castiganda etiam Electorum peccata. Sed magis ipsis dictio ista convenit, quia impii sunt, in quos tandem DEUS feces iræ suæ effundet. 2. Quomodo talia vasa fiant, ostendit. Vocat enim non destinata, ut quidam interpretantur: sed apparatus ad interitum: non autem apparatus à DEO, quemadmodum blasphemè huic loco asserunt Sacramentarii: sed apparatus tum à seipsis, tum à diabolo. 3. Quomodo DEUS istis utatur, docet. Tolerat, inquit, ea ac sustinet in multa patientia. To-

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

*terantia est, quod non statim excindit eos, sic nimirum illos ad penitentiam invitans: tolerantia est, quod non nisi completa iniquitate & mensura peccatorum plectit ipsos: tolerantia itidem est; quod plerumque variis etiam interim beneficiis cumulatur. 4. Finis autem damnationis eorum est, ut & ira & potentia sua documenta DEUS edat. Quoad credentes & electos hi itidem vasa: sed misericordiae divinae vasa appellantur, tum quia illi sunt, per & propter quos generi humano misericordiam praestat DEUS: tum vero imprimis, quia in hos viscera misericordiae suae idem effundit. Hi enim verè sunt, quorum proprie miseretur DEUS & planè non privativè tantum: sed etiam collativè, ut loquuntur Ose. II. 19. 2. Caterum talia vasa fieri dicuntur nominatim preparatione divina. Quod de prioribus minimè dictum fuit: Ut constet sententia Prophetae, Perditio tua ex te Israël: tantum ex me salus tua. Et emphasin habet singularem praepositio (in voce *ωγεντοῦ αὐτοῦ*) Quam enim ex nobis non habemus, ut simus (sequeretur enim ortu ipso nostro nos priores fuisse) tam non ex nobis esse significatur, ut tales simus: quia ortus etiam hujus ipsius principium nobis ipsis longè sit antiquius. Nam quod alibi dicit Apostolus, si quis seipsum mundavit ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, non de preparatione ista vel causa electionis istic disputat Apostolus, nec libero arbitrio patrocinatur, quasi in potestate & viribus hominum sit, aggregare se ad numerum filiorum DEI: sibiq; ipsis autores esse suae adoptionis; sed admonitio duntaxat proponitur, qua credentes jubet esse dissimiles impiis, qui in quibusvis sordibus voluntantur, & fideles, qui iam electi & vocati sunt, in puris usus se accommodare praecipit. Simpliciter ergò tantum ad Sanctitatem vocat, & id monet, quod est alibi dictum ab eodem, Mundamini, qui fertis vasa Domini, immundum ne tangite. 3. Finis additur, manifestatio divitiarum gloriae, id est, bonitatis immensae. Hic remotior finis est; Propior est, cujus alibi meminit Apostolus, Elegit nos DEUS in Christo ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & inculpabiles coram ipso in dilectione. Haecenus B. Mylius.*

PARS IV. Βεβαιωτικῆ.

Confirmans ulterius gratiam DEI in adoptione gentium & justificatione per fidem in Christum Judaeis plerisque frustra justitiam legis sectantibus.

* 2 S.

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

ψ. 25. ὡς καὶ ἐν τῷ ὀσση λέγεις.

Nempè DEUS, qui à Propheta loquens introducitur
Loca hæc adducit, Apostolus, ut ostendat DEI libertatem
in faciendo discrimine inter eos, qui deliquere ex causis
ipsi sibi cognitis. Locus est Osæ I. & II. Simul ostendit in
rebus illis antiquis figuram fuisse rerum majorum.

καλέσω τὸν ἔλαόν μου, λαὸν μου, καὶ τὴν ἐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην,
καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ ἃ ἐρρήθη ἀπ' αὐτοῦ ἔλαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ
κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος.

Postrema hæc sunt ex Græco LXX, excepto quod in
Græco non est ἐκεῖ, & post κληθήσονται ponitur καὶ, quod leve
est discrimen. Quæ verò præcedunt, desumpta sunt ex
fine capituli II, non planè iisdem verbis, sed sensu salvo. Est
ibi in Græco: καὶ ἀγαπήσω τὴν ἐκ ἠγαπημένην, aut ut alii libri
habent, καὶ ἐλεήσω τὴν ἐκ ἐλεημένην καὶ ἐρῶ τῷ ἔλαῳ μου, λαός μου
εἶσθε. Agit autem eodem loco Oseas, ut ad eum diximus,
de decem tribubus abductis per Assyrios, ex quibus pauci
simul cum Juda & Beniamino erant redituri in patriam, &
rursum futuri DEI populus. Cur illi, non alii? ob causas
æquas, sed hominibus non patentes. Sic & suo tempore
significat Paulus usum DEUM pari libertate.

Duobus modis errat Grotius: Primum in scopo adductæ pro-
bationis, qui non est ostendere DEI libertatem in faciendo discrimine inter eos, qui deliquerunt: sed docere divinam gratiam, quæ
se patefecit in adoptione gentium, in populum, quæ non fit, nisi
interueniente fide. Nam populus DEI, & filii DEI non fiunt
nisi per fidem in Christum. 2. Cor. VI. 14. 15. Joh. I. 12. Gal. III. 27.
Secundò, quoad sensum vaticinii Prophetici, quod abripit ipse ad
paucos quosdam è decem tribubus cum Judæis redituris in patri-
am: quæ in ψευδεξημνείαν confutavimus ad Os. II. 25. Et manife-
stum est, quod eum futurum dicat Propheeta populum DEI, qui



ANNOTATA ANTI-GROTIANA.

prius populus DEI non fuerat, quodq; de gentium adoptione, non
Iſraëliitarum hic loquatur Apoſtolus.

ψ. 27. Ησαΐας ἡ κρᾶζει ὑπὲρ τῆς Ἰσραήλ.

ὑπὲρ, hic est idem, quod ὡς de ut 1. Cor. X. 30. II. Cor.
VII. 4. IX. 2. XII. 5. nimirum, quia Hebræi — y hic usur-
pant.

Utitur *vigilanti voce* Apoſtolus: *C'amare Prophetam* super
Iſraëlem dicens, q. d. palàm & manifestè prædictum hoc fuisse,
ne quis igno- rantiam nisi supinè oscitans prætere-
re possit. Vocu-
lam ὑπὲρ B. *Lutherus* reddidit: fuit Iſraël cum vulgata, pro Iſraël:
quia hæc nativa est Præpositionis istius significatio, juxta quam
causam finalem seu *Objectum*, cuius commodum promotum volu-
mus, infert, ut observat hic B. *Wellerus*.

Ἐὰν ἡ ὀδύνη τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ αἰμὴ τῆς θαλάσσης τὸ κα-
ταλειμμα σωθήσεται. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δι-
κασιᾷ ὅτι λόγον συντελεσμένον ποιήσει κύριος.
Ἐπὶ τῆς γῆς.

Locus est Esa. X. 21. qui in Græco sic legitur: καὶ ἐὰν γένηται
ὁ λαὸς Ἰσραὴλ ὡς ἡ αἰμὴ τῆς θαλάσσης, τὸ καταλειμμα αὐτῶν
σωθήσεται λόγον συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συν-
τελεσμένον κύριος ποιήσει ἐν τῇ οἰκουμένη ὅλη. Ubi primum evidens
est *trajectio*; nam recto ordine ὅτι deouit præcedere λόγον συντε-
λῶν. In Paulino autem textu, qualem nunc habemus, satis ab-
surdum est, poni primum γὰρ, deinde ὅτι. Omnino hæc lectio
interpolata est ex LXX. Verus autem lectio exstat in Manuscripto
illo, quem toties laudo, & sic habet: λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμ-
νων ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς, quæ sufficiunt, satisq; exprimunt
id, quod vult Esaias. Ingentem vastitatem terræ Judææ, quæ per
excellentiā γῆ sive οἰκουμένη, intulerat Sennacheribus. Pauci,
qui Hierosolyma se recepere relictæ tanquam ex clade superstitæ,
quos Ebræi ἡρῶ dicunt, Græci interpretes λοιπὰς, ἑπιλοιπὰς, κα-
ταλοιπὰς, ὑπολοιπὰς, λείμμα, κατὰλειμμα, ἐγκατὰλειμμα,
ὑπόλειμμα: Latini reliquias, ut Virgilius:

Reli-

Reliquias Danaum atq; immitis Achilli.

DEUS enim fecerat, quod in rationibus putandis fieri solet, ubi post expuncta ea, quibus expensa acceptis æquantur, exigua aliqua summa restat, quæ debeatur. Similis locutio apud eundem Esai. XXVIII. 22. Quod tunc fecerat DEUS, non mirum si rursus faciat & de multis paucos ad veram salutem perducatur, quos quibusq; de causis, ipsi visum. Non defuisse DEO causas cur ita faceret, ostendit Paulus non omitendo illud ἐν δικαιοσύνη.

Minus everentur de textu originali sentit Grotius; cum eum satis absurde primum quod deinde iterum ponere. ita: quod hætenus nemo etiam ex ocula illius Criticis advertit. Deinde temere ex uno codice infra eos alios emendat. Idque tertio tantò inconvenientius, quod manifestum sit LXX. Interpp. quos Sequutus erat Apostolus, codicibus receptis consentire. Quarto interpolatam esse lectionem Apostolicam è LXX. Interpp. non verò sequutum esse pro more Apostolum LXX. Interp. iterum per se arriò asseritur. Quintò dum notanter Paulum illud ἐν δικαιοσύνη adduxisse, non omisisse ait Grotius, annon agnoscit codices, qui illud non omitunt, Manuscripti pro isti, qui omittit, præferendū esse. Sextò nomine γῆς non οὐρανόθεν hic sed terram Judaicam designari, sine probatione affirmat. Aliud è textu Prophetico liquet: qui è reliquiis istis per totum, orbem redundat. Iustitiam docet: inter quas reliquias unig Apostoli suæ e, iustitiam toti orbi anunciantes. Septimò de vastitate terræ Judaicæ per Sennacheribum illatâ, de quibus paucis, qui se Hierosolyma recepere relictis apud Prophetam magi necquâ textu Prophetico doceri potest, nec huc explicationi Apostolicæ, convenit: quæ reliquias spirituales universorum respicit, non excludit corporali Superstitum. Octavò de servandis Israëlitarum reliquiis vel ad salutem perducendis agere Prophetam cum è textu Prophetico, cum ex hæc ex Jeremias Paulinâ ostendimus ad Es. X. 21 quem locum hic adducit Apostolus, ut probet non ex operum meritis sed ex gratiâ per

Es. X. 21.

ANNOTATA ANTI GROTIANA

Es. XXIX. 22.

per fidem in Christum salvari uti gentes, ita etiam Israeliticæ reliquias. Idcirco Nonò causæ non tacentur, cur alii præ aliis ad Salutem adducti: sed adferuntur imò demonstrantur inter alia ab Apostolo etiam ex hoc vaticinio: nec obs. u. è id agnoscere videtur Grotio, cum ait: non defuisse DEO causas, cur ita faceret, ostendit Paulus non omittendo illud *ἐν δίκαιότητι*. Nam reliquias salvatum iri, non absoluto quodam decreto, nec per operum merita docet, sed justitia fide apprehensâ: quia non innitentur aut confideat nisi Sancto Israel in Christo Domino: quo de vid. Quæ ad illum locum diximus: Undè constat appositissimè locum Prophetæ hic adductum esse, Conf. etiam annotata nostra ad Es, XXIX. 22. Addimus quæ hic B. Mylius tr. didit (p. 338.) *Hebræa origo sic habet Interitus concisus, exundans erit justitia. Quomodo consummationem & abbreviationem faciet Dominus Jehova exercituum in medio terræ. Summa loci est, quod interitum populo suo Dominus comminatur seu excisionem. Duo autem versus iste continere videtur. 1. Modum rei, DEum præcisione quadam in abjiciendo populo suo, & repentina quasi abbreviatione usurum esse. Nisi enim abbreviati fuissent dies, vix ipse etiam reliquias salvæ fuissent factæ. 2. Notatur fructus seu eventus rei. Excisione enim ista populi consummata: abundaturam inquit justitiam. Abjectione enim populi Israelitici facta Evangelium Christi, in quo revelatur justitia DEI ex fide in fidem propagatum est in omnem orbem terræ non tenui rivularum ductu: sed magno quasi torrentium impetu. Hoc idem est, quod infra dicit, Lapsus ipsorum est divitiæ mundi & diminutio ipsorum est divitiæ gentium Inepta Papistarum quorundam de pericopis Evangelicis, & aliorum de Evangelio abbreviato glossa, quod nempe Evangelium à legi laciniosis oneribus expeditum sit, quæ apud Gagnium Toletum, Pintum & alios reperitur, nec conveniens quorundam Patrum Cypriani l. III. c. 2. contr. Jud. Hier Epistol. ad Albas. quæst. 10. expositio de exinanitione Christi vel etiam de paucitate annorum, quibus Christus prædicavit. Qui verò locum istum referunt ad Prædestinationis doctrinam, ut sic reprobationem populi Israelitici à decreto itidem divinæ voluntatis pependisse obtineant, bifariam, notante B. Mylio, peccant 1. Quod prævisionis est in DEO, ad prædestinationem adstringunt, quæ est diversorum generum vitiosa commixtio.*

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

mixtio. 2. Quod pœne est & eventus : ad culpam & causam mali refe-
runt.

ψ. 29. καὶ ὡς παρείρηκεν Ησαΐας.

Præteritum perfectum hîc est, pro plusquàm perfecto, mo-
re Hebræo, vult enim dicere; sicut in prioribus, id est, capite pri-
mo dixerat Esaias.

Εἰ μὴ κύριος Σαβαώθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν πνεῦμα ὡς Σόδομα ἀν-
ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γομορρᾶ ἀνὼμοιάθημεν.

Sunt huc descripta verbotenus ex LXX. Loquitur autem
ibi Propheta de vastitate & occidione, facta per Resinem, & Pha-
ccen, quo tempore paucos, si cum cæteris conferas, Hierosolymis
conclusos DEUS servavit, unde iterum cresceret populus. Quod
ex messe ad sementem reservatur, perexignum est, sed inde veni-
unt novæ messes. Sic Esdras apud Josephum XI. 5. παρεκάλε-
σεν τὸν θεὸν πνεῦμα ἡμῶν καὶ λείψανον ἐκ τῆς τῆτε συμφορᾶς αὐτῶν καὶ ἀγ-
μαλωτίας πεινώσαντα καὶ πάλιν εἰς Ἱερουσόλυμα καὶ τὴν οἰκίαν γῆν
ἀποκαταστήσαντα λαβεῖν οἶκτον αὐτῶν. Sic etiam DEUS Pauli tem-
poribus Judæorum paucos ad viam salu is æternæ perduxit. Cur
non plures, & cur hos, non alios; causæ penes ipsum. Justi-
nus contra Tryphonem: ἔτι διὰ τὴν ἡμετέραν κακίαν ἀπέκρυψεν ὁ
θεὸς ὑφ' ὑμῶν τὴν δύναμιν νοεῖν τὴν σοφίαν, τὴν ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν
πλήν ἰνῶνιοῖς καὶ χάρειν τῆς πολυσπλαγχνίας αὐτῶν, ὡς ἔφη Ησαΐας,
ἐγκατέλιπε πνεῦμα εἰς σωτηρίαν, ἵνα μὴ ὡς Σοδομιτῶν καὶ Γομορραί-
ων τέλειον καὶ τὸ ἡμέτερον γένος ἀπόληται, ὡς Γομορρᾶ positum hîc
pro Dativo Γομορρᾶ ἡμετέρον. Per loquendi genus in Græco
Olea IV. 6. ὡμοιάθη ὁ λαός μὲν ὡς ἄνθρωποι ἔχων γνώσιν. Utraque con-
structio est in uno commate Ezechielis XXXII. 2: λέοντι ἐθνῶν
ὡμοιάθη σὺ καὶ ὡς δράκων. Sodoma & Gomorra urbes desolatae.
κύριος Σαβαώθ ἡμετέρον, est DEUS Angelorum vel
astrorum: vox enim Hebræa utrumvis horum potest significare.
Vide, quæ diximus ad Matth. XXIV. 29.

H

Locum

ANNOTATA ANTI GROTIANA

Locum *Esaie c. 1.* non de clade & vastitate per *Resinem & Phari-*
saen, sed de novissima devastatione *Hierosolymæ* agere in Annot. ad i-
 stum vaticinium ostendimus: quod imprimis etiam ex hâc Apo-
 stolicâ probatione constat. Ita enim à pari argumentatur: Sicut
 illo tempore paucos *Hierosolymis* conclusos *DEUS* corporaliter
 servavit, ita etiam suo (*Apostoli*) tempore *DEUM* paucos ex *Ju-*
dæis ad salutem adducere quod argumentum *Judæis* visum fuisset
ἀνακόλυσον, minusq; firmum; Unde enim consequentiæ vis pro-
 bari ipsis poterat! Id ergò docet *Apostolus* gratiæ divinæ accep-
 tum ferendum esse, quod semen aliquod relictum fuerit, in uni-
 versali excidio novissimo, & superstites servatæ reliquiæ, unde velut
 è semine novæ messes expectari possiat, modò non per increduli-
 tatem gratiam in *Christo* exhibitam reprobent. Quomodo e-
 nim semen hoc sanctum fuit, quod *DEUS* sospitavit non minùs ex
 æterno, quam è temporali exitio, nisi pauci illi fideles, ad quos
 verò erant aggregandæ gentes, vi oraculorum *Propheticorum*.
 Nam & *ἁγιῶς* ad *DEUM* nomen *seminis* dicitur, quia *DEI* semen
 sunt fideles, quibus salus per fidem contingit: uti de *Messia* dicitur
Es. LIII. quod visurus sit semen; Quo facit promissio *Evangelica v.*
26. *Isto tempore vocaberis civitas justitiæ, urbs fidelis*, Quo de in an-
 not. ad *Es. 1.* Alii ob hujus rei demonstrationem, quod per fidem
 in *Christum*, salus istis reliquiis non minùs, quam gentibus contin-
 gat, hoc adferri *συμπέρασμα*, quod jam subjungit *Apostolus*, censent.

ἄ. 30. Τί ἐν ἐρήμῳ.

Quid ergò dicimus? cum ostenderit liberum *DEUM* neq; di-
 spensationi ejus circa beneficia obstrependum, etiam si causæ no-
 bis non pateant, jam ostendit fuisse *DEO* causas ita potius agen-
 di quam quomodo eum agere voluissent *Judæi*.

ὅτι ἐθνή τῶν μὴ διώκοντάς δικαιοσύνην, κατέλαβεν δικαιοσύνην.

Participium præsentis temporis hic sumendum pro, plus
 quam perfectò Gentes, quæ non quæsierant justitiam (secundum
DEUM) assecuti sunt eam justitiam, id est, ad eam justitiam per-
 venire. Idem sensus, qui infra *X. 20.* *Διώκειν* hîc, quod ibi *ζη-*
τεῖν. Sumitur sic & *ἡ 77* *Hebraicum* ut *Psal. XXXIV. 14.* ubi in
 Græco:

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

Græco: ζήτησον εἰρήνην καὶ διώξον αὐτήν. Quomodo & Petr. I. III. 11. ζήτησατο εἰρήνην καὶ διώξατο αὐτήν. Vide & Deut. XVI. 21. Proverb. XV. 7. XXI. 2. Vide & infra XII. 13. XIV. 19. 1. Cor. XIV. 1. Philipp. III. 12. 14. 1. Thess. V. 15. 1. Tim. VI. 11. II. Tim. II. 22. Sic & Aristoteles: τῶν γὰρ χάριν καὶ κείνα διώκοντα
& Xenophon: χρῆ τὰς εὐγνώμονας διώκειν.
δικαιοσύνην ἢ τῆς ἐκ πίστεως.

Veram illam justitiam, ad quam DEUS aditum nisi per fidem noluit.

ψ. 31. Προσῆλθὲ διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης
ἐν ἔφθασα.

Νόμος hic viam significat. Hebræum enim יָרַח est à יָרַד i. gere, quod & ὁδηγεῖν vertitur: φθάνειν responderet Hebræo יָרַח quod est pervenire II. Paralip. XXVIII. 9. Ecclesiastes VIII. 14. XII. 1. & apud Daielem sæpè. Judæi quærebant viam justitiæ ejus, quæ DEO placeret, sed frustra plerique.

Non de libertate DEI circa dispensationem beneficiorum, sed de justificatione per fidem in Christum differere Apostolum conclusio docet, quâ simul ad sequens caput viam sibi sternit, quid igitur dicemus? q. d. Consectaneum ex his, quæ dicta sunt, fuerit eadem, quod mirum atq; absurdum videri queat: sed cujus assertionem veritas ipsa nobis exprimit. Quid id verò sit elegantia contentione ostendit. Opponit enim gentiles & Judæos inter sese, & cum his illi post ponendi longè viderentur, præferuntur, quod primum paradoxo indicium continet. Secundum illud est, quod est eventus proprium Judæis à justitia exclusis, gentiles ad eandem aspirasse inquit. Tertium, in quo maxime dubitandi causa, seu paradoxo nervus latere queat, est in conditione utriusq; populi. Gentes, inquit, quæ non secutæ sint justitiam, eandem affectas esse: Judæos, qui secuti sint eandem, justitiam minimè affectos fuisse ut hic habet B. Mylius. Ὅ δὲ διώκειν non est nudè quærere, rem sive amissam, sive aliàs desideratam, sed persequi & sectari, ut tum è collatione locorum adductorum, tum è vers. 31. apparet. Nec est, cur vocem νόμος hic à significatione usitatâ dimoveamus, & viam eâ notari credamus. Quum sensus proprius retineri possit, & convenientissimus

ANNOTATA ANTI GROTIANA

mus sit. Non quærebant tantum viam justitiæ Judæi, sed secta-
 bantur justitiæ legem, & legalem justitiam. Nam per *legem ju-*
stitiæ legem Mosis intelligit Apostolus, per quam justitiam & sa-
 lutem volebant consequi Judæi: Posteriori verò loco versu eodem
 prædicatum exhibente, ad LEGEM JUSTITIÆ non pervenit, vo-
 ce *νόμος ratio & norma* significatur, juxta quam DEUS justificat: quod
 ex oppositione gentium & *δειλώσει* additâ, quod sermo sit de illa
 justitiâ, quæ est per fidem, elucescat, cum enim ad legem justitiæ
 non pervenere Judæi, quam κατέλαβεν gentiles. At ea est ratio
 justitiam & salutem consequendi, justitiam nempe eam, quæ est
 ex fide. Adde quod etiam in consequente αἰτιολογία Apostolus
 sese declarat v. 32. causam reddens, cur rationem justitiæ assequuti
 non sint Judæi? Quia non ex fide, sed ex operibus legis (particula *ὡς* re-
 spondet τῷ *ἵ* veritatis Ebræorum) justificari voluerunt. Unde ap-
 paret ad legem justitiæ non pervenire dici eosdem: quatenus ve-
 ram rationem, quâ justificamur, assequuti non sunt, quam assequu-
 ti sunt gentiles, etsi hi non sectati sint justitiam sc. ita, ut per opera
 legis justificari voluerint: Illi autem justitiam legalem omnibus
 modis sectati sint. Quo de B. Mylius (p. 340.) non inconcinne: Mi-
 ra quidem, sed propria & perpetua conditio Evangelicæ justitiæ nobis hic
 spectanda proponitur. Facilius & avidius illa semper apprehenditur ab his,
 qui non sectantur justitiam, quam qui sectantur. Christum cum sua gratia
 Scribæ & Pharisei, quos propria justitiæ fiducia inflabat, aspernabantur:
 publicani & meretrices catervatim ad ipsum confluebant. Unde dictum à
 Christo fuerat: Publicani & meretrices præeunt vobis in regno DEI. Sic in-
 ter gentiles ex vulgò, publica morum corruptione infami, multò plures ad
 Christum sunt conversi, quam ex Philosophis. Causa rei pendet ex sensu cor-
 ruptionis & miseriæ propriæ. Huc enim quo facilius agnoscunt, qui aperti
 flagitii contaminati sunt, quoque minus in se habent, quod ad justitiam pro-
 priam prætexere possint: eò justitiam ac salutem aliunde sibi oblatam avi-
 dius rripere consueverunt. Nec verò JUSTITIA, QUÆ EST EX FIDE, est
 justitia illa, ad quam non nisi per fidem aditus est Grotiano sensu,
 qui JUSTITIAM INTERNAM & INHÆRENTEM intelligit: ad quam via
 sit fides in Christum: sed est justitia ipsa Christi, quæ ἐκ πίστεως ex fi-
 de

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

de & διὰ πίστεως per fidem esse dicitur, quia non aliter nostra est, nisi per fidem. Nam de κατὰλήψει τῆς δικαιosuνης apprehensione justitiæ illius, quæ nos just. fi. amur, sermo est, quæ non fit, nisi per fidem. Ideò ex fide esse dicitur, quia non ἐξ ἔργων νόμος, sed ἐκ πίστεως obtingit nobis, justitia illa, quæ coram DEO justificamur: prouti ἐξ idem est, quod à ex fide id est à FIDE, quum permu-erur cum particula διὰ PER Fidem. B. Selneckerus de verbo κατὰλαμβάνειν notat, quod sit aliud agendo, aliud assequi, quæ admodum & κατεληφὸς & τὸ καταλαβὸν est, quod præter spem, studium & omnem cogitationem accidit.

ψ. 32. διὰ τί.

Quæstionem movet, ut respondeat, & ostendat, non omnes divinæ hujus dispensationis causas esse in abscodito.

ἢ ἐν ἐκπίστεως.

Cucurrerunt, sed quæ ipsi libebat, non quæ monstrabat DEUS. Deus semper fidem fecit maximi, eam quæ esse viam voluit ad justitiam, ut videre est Hebr. XI. & supra IV. 3. At nunc non quavis fide contentus est, sed eam requirit, quæ in Jesum, & per Jesum in DEUM fertur.

Non moverur hæc quæstio, ut divinæ libertatis & dispensationis causæ quædam tenus in a. rico ponantur, sed ut doceatur, ob easdem causas rejici Judæos plerosquæ; à Salute, ob quas, qui condemnantur, condemnantur: nimirum, quod rejiciant Christum, nec per fidem Christi justitiam suscipiant, sed propriâ operum justitiâ, ad salutem aspirare velint. Nec verò alia fides requiritur nunc ad salutem vel tempore N. T. quam quæ olim requisita fuit; quum una eademquæ; semper fuerit consequenda salutis ratio, una eademquæ fides, Act. XV. 10. Eph. 18. 5.

ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμος.

Subaudi Ὁ θεοσυντες, tanquam perventuri ad illam Justitiam per opera legis Mosaicæ, in quo multum se fallebant. Non enim in id data erat ea lex: sed partim, ut, sicut leges humanæ, majori

ANNOTATA ANTI. GROTIANA

tamen auctoritate, societatem civilem, conservaret, partim ut illum populum ab aliis populis quam longissimè secerneret, nec aliud observata pariebat quam publicè tranquillitatem, privatim verò impunitatem, & bona quædam temporaria. Quod si in illa sola exteriori obedientia, quæ Mosis legi exhibebatur, ponerent homines justitiam totam, quam DEUS exigit, jam lex non tantum ad id non proderat, sed ei non exiguum adferebat impedimentum. Quare qui sic animati erant, verè devia sectabantur.

Non tantum spectantur leges illæ, quæ ad societatem civilem populi Judaici faciebant, eundemq; ab aliis populis secerabant, quales erant forenses, & Ceremoniales, sed imprimis leges Morales, nec sectabantur tantum ex operibus legis Judæi tranquillitatem temporalem, vel secularem, de quâ hic non instituitur dissertatio, sed per opera legis veram coram DEO Justitiam & salutem consequi volebant, repudiata Messiaë Justitiâ, quam causam reddit Apostolus, cur à salute excludantur pleriq; Judæi, quia aliam salutis rationem sectabantur; neq; verò id tantum docet Apostolus, quod per solam externam obedientiam legi præstitam Salus obtineri nequeat, sed simpliciter legis observantiam à ratione consequendi salutem excludit & solâ fide in Christum eam constare docet: & quum Judæi Christo repudiato per opera legis salutem quæsierint, eos à salute excidere ostendens hanc unicè rationem esse salutis per fidem in Christum eo ipso confirmat. Quia non ex fide, sed velut ex operibus justitiam & salutem quærebant. Bimembris est hæc ratio, quæ tamen ad unum caput reduci potest, nimirum quod in modo quærendæ justitiæ erraverint. Quæsi verunt ergo eam, ubi inveniri non poterat, nimirum ex operibus legis. Non quæsi verunt, ubi inveniri poterat, scilicet ex fide. Similes ergo eorum fuerunt, qui iter faciendo, multum quidem festinant, & onus grave sustinent, viam verò planè diversam & à loco, quo tendunt, abducentem ingrediuntur. Ut enim illi eò longius recedunt ab illo, quo celerius currunt: ita à scopo salutis longius aberrant, qui ex operibus malunt, quam ex fide justitiam requirere; ut hic habet B. Mylius. Nec verò Judæi solam exteriori obedientiam legis ad salutem requirebant, sed tentam, quantum ipsi putabant à lege præscriptam esse, et si

AD EPIST. AD ROM. CAP. IX.

et si in explicandâ legis sententiâ, non min⁹, quàm in quærenda per legem justitiæ errarent: quum maximam partem legem de externâ obedientiâ intelligerent, interiorum cordis purificationem non adeò requirentes, imò quâ ignorabant internum istud concupiscentiæ Originalis malum demundatione illa, quæ per fidem fit, quâ omninò opus est, nihil cogitantes.

περὸς κολοσσαίων τὸ τρίτον τῆς ἐπιστολῆς τῶν προσκομιματῶν &c.

Offendiculum, in quod impingebant Judæi hîc non constituitur *crux Christianorum* aut periculum amittendorum bonorum, sed *Christus ipse lapis offendiculi, & petra Scandali* dicitur: cum ratione *persona*, tum ratione *officii*: quia humiliatone, passione & cruce ipsius Christi maximè scandali zabantur Judæi, in quâ verò vera & unica salutis ratio sita est *Act. IV. 12. 1. Cor. I. 21. 23. 30.* nec doctrinam Christi, aut ipsum Christum ceu verum atqve unicum Mediatorem suscipiebant per fidem, sed reprobabant, eoq; posthabito per opera legis sese salutem consequuturos credebant. Quod in ipsis reprobatur, & causam reprobationis eorum esse, docet Apostolus, adducto in eam rem gemino Prophetico testimonio: altero ex *Es. XXIX. 16.* de lapide in Sione posito, super quem extruendi sint salvandi, quum illi; qui credunt in eum, soli non fugiant, sed confidenter habitent, & securi eo innitantur, adeoq; non pudeant, ut ab *Ap. st. lo. nostro hic, & à S. Petro 1. Ep. II. 8.* locus Propheticus explicatur, quem de Christo sonare etiam ex aliorum locorū collatione *Pf. CXIX. 22. (Act. IV. 11.) Es. IIX. 14. Matth. XXI. 42. Luc. II. 34. c. XX. 17.* liquet: altero ex *Es. IIX. 14.* ubi Christus lapis offendiculi & petra scandali dicitur, quod è contextû & loco parallelo *Luc. II. 34.* nec non præsentis allegatione Apostolicâ constat. Ea verò testimonia ita inter se colligantur, ac si unum idemq; testimoniû sit, quia ab uno Spiritû per eundem Prophetam prodiere in quibus v. è sede propriâ discriminandis, *actio Dei*, in Sion lapidem illum ponentis, non commiscenda cū *eventû*, quò lapis ille factus lapis offensionis: què utiq; Deus non in lapidè offendiculi posuit, sed ut credatur in eum, ceu petra salutis; lapis n. quâ à DEO ponitur, uti verè pretiosus est, ita in caput anguli, cui inniti Ecclesia & fundamentum salutis ponitur, ut, qui credit in eum, non fugere opus habeat, neq; pudeat, sed securus sit, & gloriose superet. Nam & *consequentiâ pro antecedentibus, actiones quæ si-*
gna

An offendiculum Judæorum hic sit crux Christianorum, an verò ipse Christus?

Es. XXIX. 16.

Es. IIX. 14.

ANNOTATA ANTI GROTIANA

gna alicujus affectus sunt, pro affectibus sumi solent, ut percutere si-
 mul pro intimè dolere, videre pro letari, manum super os ponere pro ta-
 cere, Job. IIX. 21. Ps. CXXVI. 2. Gen. XXI. 6. Luc. VI. 21. 25. Job. XL. 33. Mich.
 VII. 16. ut qui credit, non festinet id est, non opus habeat vel ex anxietate
 nimia, vel trepidatione cordis & timore fugere, & cum effectus & conse-
 quens confusionis sit festinatio, & fuga sit subductio festina ab oculis ho-
 minum, ideò, qui credit, dicitur non pudefieri, ac porro $\kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\iota\omega\sigma\iota\upsilon$ non fu-
 gere, non pudefieri est consistere, securum permanere, & ab ignomi-
 niâ immunem cum honore & gloriâ v. vere, imò in judicio divi-
 no ab omni ignomiâ & confusione liberari, & gloriâ ac salute æ-
 ternâ potiri, ut ex hâc Apostolicâ allegatione, & applicatione, si in-
 tentionem & scopum, ac vim confirmationis respicias, nec non è
 textû ipso Prophetico, (quo de vid. *annotata nostra in Bibliis Vet. Test.
 illustratis*) manifestum est. Intentio ergò Dei lapidem angularem in
 Sion ponentis, non est, ut sit lapis offendiculi, sed hic est eventus acci-
 dentalis, & culpa ejus sita est in hominibus in lapidem illum pretio-
 sum & perram salutis impingentibus. Qui $\omega\epsilon\gamma\gamma\alpha\kappa\acute{o}\pi\eta\sigma\iota\tau\omega\lambda\acute{o}\gamma\omega$ se-
 cundum Petrum: quod de $\lambda\acute{o}\gamma\omega$ substantiali Christo intelligi po-
 test, utpote qui est lapis ille offendiculi; aut si de verbo Evangelii
 accipiat, de Objecto præcipuo ejusdem, quod non est *crux nostra*, sed
crux & passio Christi, ob quam Evangelium verbum crucis dicitur 1.
 Cor. I. 18. de Christo crucifixo, qui *Judeis scandalum est* v. 23. credenti-
 bus vera & unice salvifica Sapiencia 1. Cor. II. 2. Quamquam enim
 crucem tolerare debeant Christiani, & propter nomen Domini
 mortē etiam ipsam obire, non id tamen hic agitur, sed de *causâ sa-
 lutis* disseritur, ut & *rejectionis à salute*. Causa autem salutis non est
crucis tolerantia, sed *fides in Christum*: uti Judæorum $\alpha\pi\iota\sigma\tau\iota\alpha$ vel repro-
 batio Christi per $\tau\acute{o}\omega\epsilon\gamma\gamma\alpha\kappa\acute{o}\pi\eta\sigma\iota\upsilon$ impingere in lapidem offendiculi
 designata causa exitii Israëlitarum constituitur. De sensu vati-
 ciniorum Esaiæ, quem & hoc loco, & in sede propriâ depravat, ea
 quod ad *literalē sensum* abripiens ad *literationem temporalem*, nec nisi
typicè referens ad Messia liberationem in annotatis ad V. T. di-
 ximus, & corruptelas Grotii discussimus, ut opus non
 sit hic quicquam porro addere.





CLARISSIMO DOMINO
JOHANNI SAAROSSY,
PANNONIO
ADVERSUS HUG. GROTIUM
PUBLICAE DISPUTANTI.

JUDÆÆ populum reprobum cum dispicit
Orbis

Divinus praeo, gentibus unde salus,
Difficilis multis, CALVINE Tibi, Tibi PAPÆ
Sacra cohors, visus, mille aliis. Temerè!
Justitiam fidei, meritum quæ suscipit, unus
Quod peperit CHRISITUS, respice, quæ es opie:
Cimmerii nihil hîc, fulgebant omnia clarâ
Luce, SAAROSSIADES id docet eximie.
Ausibus applaudo magnis, & commoda mille
Inde gregi Christi comprecor ex animo.
Quem tenebris luctus pulsus, mox luce serenâ
Exhilaret vultus gratia, CHRISTE, Tua!
Respicias oro, satis, ab satis! Optime JESU,
Afflictum cæcum PANNONIAMq; juves!
Sic

*Sic Tibi cantabit Laudes; Sic GRATIA Patris,
Sic FIDEI vigeat vis, MERITUMq; Tuum!*

f.

ABRAHAM CALOVIUS D.

Maxima quæ Pauli mysteria perscrutaris
Sedulitate gravi, dexteritate pia.
*Hugonis Groti simul & commenta refutas,
Semper ut à vili quæ preciosa feces.*
Perge piis studiis operam dare, DOCTE SAROSSI,
Gaudia Patronis sic, Patriæq; dabis!

JOHANNES Deutschmann/D.

Heu veteris fidei quàm non vestigia servat
Roma, sacro Pauli iussa tenere stylo!
Sineget, ex isto poterit meleremate vinci,
Doctorum in circo quod tua cura premit.
Ah tantùm CHRISTI subeat juga svavia! nemo
Romano reuuet subdere colla iugo.
Interea Ecclesiam nostram de nomine victæ
Roma Romanam quis catus esse neget;

*Honoris & officii causâ
Præ - Eximio DN. Respond.
accinuit*

M. Georgius Fridericus Magnus.



Lang. VI. 5 1

ULB Halle 3
003 730 670




f

TA → d
neu 14 27 Stück verbleibend

Rino
V377







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

7. 7.
 APITIS IX.
 E AD ROMANOS
 ER TA ΔΤΕΝΟΗΤΑ
 TUM
RINAM
 M DE JUSTI-
 PER FIDEM IN
 JUDÆORUM REJE-
 IQVE SALVATIO.
 ERTIT
 ATÆ VERITATEM,
 M JUSTITIÆ, TUM MISERI-
 TEM VINDICANS.
 GROTIANIS LIBERATUM
 S I D E
no, Amplissimo atq; Excellentissimo
MO CALOVIO
 o, ejusdemq; P. P. primario fa-
 asis Pastore, Circuli Electoralis Sax.
 ntissimo, atq; Consistorii Eccle-
 e gravissimo,
um Promotore atatem colendissimo,
 D E N T E
R O S S Y Hungaro.
 RGÆ EST PUBLICÆ DISPU-
 EXHIBITA
 , add. habenda.
LIS MEYERL.

10.
9

no. 2607

1672